Unde dicit Eſaias ꝓphetando de natiuitate chriſti (O hieruſalē) id ē eccleſia (Surge illumiare. q2 venit lumē tuū) id eſt chriſtus hō factus qui ē lux vera que illumiat oēm hoīem venientē in hunc mundū. Joānis pmo. quia nullus illumiaṫ niſi ꝑ ipm (⁊ gloria dñi) id eſt filius dei q̇ eſt glīa patris (ſup te orta eſt) Ly. natura humana aſſumpta (q2 ecce tenebre) infidelitatis ⁊ ignorantie hic in pñti (opient terram) id eſt hoīes carnales terrena amantes (⁊ caligo) peccatorum (populos. ſup te aūt orietur dominus) quaſi ſol verus (⁊ gloria eius in te videbitur) Lyra. per opationem miraculorum. ſcz leproſorum mundationem. cecorum illuminationez. mortuorum reſuſcitationem (Et ambulabunt gentes) que primo in tenebris idolatrie fuerunt (in lumine tuo) Lyra. id eſt in lumine fidei chriſtiane (et reges in ſplendore ortus tui) hoc intelligitur de tribus regibus venientibus orta ſtella ad preſepiuz domini (Leua in circuitu) ſcz mundi (oculos tuos) Lyra. ad omnez ſcz differentiaz orbis reſpectu hieruſalem vbi primo p̄dicatum eſt euangelium. ⁊ inde alibi per chriſti diſcipulos deriuatum (Et vide) id eſt intellige (omnes iſti congregati ſunt) fideles in vnitate fidei chriſtiane. (venerunt tibi. filij tui) id eſt paruuli in chriſto (de longe venient ⁊ filie tue de latere) Lyra. id eſt de prope (ſurgent) ꝑforato in cruce chriſti latere ⁊ effluxit ſāguis redēptionis ⁊ aqua baptiſmi. de quib9 facta eſt eccleſia. ſicut ex coſta lateris ade facta eſt eua mater oīm hominū viuentiū (tunc videbis) Lyra: multitudinē credentium (⁊ afflues) cōſolationibus diuinis (⁊ mirabitur) Lyra. tam veloci multiplicatione. q2 a tpe apoſtolorum deriuata eſt fides chriſtiana ad omnes partes terre habitabiles (⁊ dilatabitur cor tuum) Lyra. pre gaudio (quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris) Lyra. id eſt habitantium in inſulis. ſicut patet de Sicilia Anglia. ⁊ alijs inſulis maris (fortitudo gentium) Lyra. imperium rhomanū qd̄ toti mūdo dñabitur (venerit tibi) qd̄ impletum eſt tpe Cōſtantini impatoris (Inundatio camelorū operiet te) Lyra. Cōſtantinus eñ impator ⁊ multi alij potētes exēplo impatoris annuatim diuitias multas ꝑ orbē miſerūt ſup talia aīalia ad ſuſtentatōem miniſterioꝝ eccleſie ⁊ paupeꝝ chriſti. ⁊ edificatōem ecclʼaꝝ (dromedarij madian ⁊ effa) Madian ⁊ effa regiones ſunt trans arabiam. ⁊ in iſtis terris naſcuntur talia

In Epiphania dñi. Eſaie. lx.

Surge illuminare hierl'm. q̇a venit lumē tuum. ⁊ gloria dñi ſup te orta eſt. Quia ecce tenebre operient terraz ⁊ caligo ꝓplos. ſup te aūt orietur dñs ⁊ gloria eius in te videbitur. Et ambulabūt gentes in luīe tuo. ⁊ reges in ſplēdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide. omnes iſti cōgregati ſunt venerunt tibi. Filij tui de longe venient ⁊ filie tue de latere ſurgent. Tūc videbis ⁊ afflues et mirabiṫ ⁊ dilatabiṫ cor tuuz. quādo cōuerſa fuerit ad te multitudo maris et fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te drome

animalia fortia. Et dromedarius eſt aĩal camelo minus. ſʒ velocius. Vñ
Plinius dicit ꝙ dromedarius ē aĩal velociſſimū gracile ⁊ neruoſum camelo minus ſʒ lõga hñs crura ⁊ lõgiſſimū paſſum tã ſuauē ꝙ ſine magno labore ⁊ ſine fatigatõe magna dromedãtis id ē inſidētis ipſi aĩali currit infra diē naturalē centū ꝑua miliaria. cortices arborū comedit. aut modicū fenū vel oſſa dactiloꝝ. hec ille (Oēs de ſaba veniēt aurū ⁊ thus deferētes

darij madian ⁊ effa. Omñs de ſaba venient aurũ ⁊ thus deferētes. ⁊ laudem domino annunciantes

Dñica īfra octa. epiphanie Rho. xij

FRēs Obſecro vos ꝑ miam dei vt exhibeatis corpa veſtra hoſtiã viuentē ſcãm deo placentē rõnabile obſequm vr̃m. Et nolite cõformari huic ſeculo ſed reformamī in nouitate ſenſus veſtri vt ꝓbetis q̃ ſit volũtas dei bona ⁊ bñplacēs ⁊ ꝑfecta Dico em̃ per grãm q̃ data eſt mihi oībus q̃ ſunt inter vos nõ plus ſape quã oportʒ ſape ſʒ ſape ad ſobrietatē. ⁊ vnicuiqʒ ſicut deꝰ diuiſit menſuram fidei Sicut em̃ in vno corpe multa mēbra habemꝰ oīa aũt mēbra nõ eundē actū habēt. ita multi vnū corpus ſumꝰ in chriſto Singuli aũt alter alterius mēbra in chriſto ieſu domino noſtro.

et laudē domino annūciantes) Lyra. hoc impletum eſt in illis tribꝫ regibus qui venerūt ad adorandū chriſtū natū.

Poſtilla

Obſecro vos ꝑ miſericordiã dei ⁊c̃. Ante initiū illius ep̃le ſcribit ſcūs Paulꝰ rhomanis dicēs. O altitudo diuitiarū ſapiētie et ſciētie dei. q̃ʒ incomphēſibilia ſunt iudicia eiꝰ ⁊ inueſtigabiles vie eius. Tūc poſt hoc ſequitur ep̃la hodierna. Obſecro vos ⁊c̃. Ep̃la ⁊ euãgeliū cõcordant qꝛ duo ſunt homini neceſſaria ad ſalutem ſcʒ humilitas mentis. ⁊ mundicia carnis Ad humilitatē mētis incitamur in euãgelio exēplo chriſti cuʒ in fine euangelij dr̃. Et erat ſubditus illis: ſcʒ Marie ⁊ ioſeph. Ad mundiciam carnis incitamur in epiſtola hodierna vbi apoſtolus dicit (Obſecro vos ꝑ miſericordiam dei) ſcʒ exhibitam vobis a deo (vt exhibeatis) ſcʒ voluntarie (corpora veſtra) Lyra. non aliena contra illos qui ſaluari credunt per penitentiam aliorum (hoſtiam viuentem ſanctam deo placentem) id eſt ꝙ hoſtia ſit viuens ſancta ⁊ deo placēs (rationabile) ſcilicet ſit (obſequium veſtrum) Borra. vt ſic mortificentur vitia vt ſeruetur natura. In omni enim ſacrificio in veteri teſtamento p̃cipitur offerri ſal. Leuitici ſecundo. Quicquid obtuleris ſacrificij ſale cõdies. Et ſal ſignificat ſapientiam ſiue diſcretionem (Et nolite conformari huic ſeculo) id eſt malis hominibus. Anima em̃ habet ſe ſicut ſpeculum quia ſicut ſpeculum oſtendit ſimilitudinem illius rei que ſibi obijcitur. ſic anima illis que diligit conformatur. Auguſtinus. Si terram diligis terra es. ſi deum diligis deus es. ſi aurum diligis aurum es. ꝑticipatiue ſcḋm illud Pſal. lxxxi. Ego dixi dij eſtis (ſed reformamini in nouitate ſenſus

veſtri) Lyra. imago eñ dei ad quã ſumus formati deformaṫ in nobis ꝑ peccatũ. ſed ꝑ gratiam dei reformaṫ (vt ꝓbetis) Lyra. id eſt experiri poſſitis per ſpiritum ſanctum habitantem in vobis (que ſit voluntas dei bona quantum ad in[ſ]ipientes (⁊ beneplacens) quantum ad proficientes (⁊ perfecta) quãtum ad ꝑfectos (dico eñ) id eſt p̄cipio vobis (ꝑ gratiam) apoſtolatus que data eſt mihi (omnibus qui ſunt inter vos) cuiuſcũq́ ſtatus vel conditionis (non plus ſapere) Gorra. de diuinis myſterijs (q̃ oportet ſapere) Damaſcenus. Omnino non audendum eſt de deo dicere vltra hec q̃ tradita ſunt nobis a ſanctis prophetis ⁊ a ſanctis apoſtolis. ⁊ etiã a ſanctis doctoribus (ſed ſapere ad ſobrietatem) Gorra. id eſt ſine preſumptione. Eccleſi. tercio. Altiora te ne queſieris ⁊c. ſed que precepit tibi deus illa cogita ſemper (vt vnicuique) ſcilicet debere ſapere (ſicut deus diuiſit) deus enim dat vnum donum vni (alterum alteri. ⁊ idem donum dat vni magis excellenter. ⁊ alteri minus. ſcđm menſuram fidei quia huiuſmodi dona donantur. ẛm quod homo plus vel minus meretur per fidem (ſicut eniz in vno corpore) Gorra. Naturali multa membra habemus diſtincta (omnia autem mẽbra non eundem actum habent) hoc patet quia oculi vident manus tangunt. pedes ambulant. et cetera (ita multi vnũ corpus ſumus) Gorra. id eſt vna eccl'ia (in chriſto) id eſt in capite. ſinguli autem alter alterius membra) inuicem ſum miniſtrando. Hoc fit quando homo illud quod deus ſibi contulit alteri libenter impertitur. Gorra. Corpus eſt eccleſia caput chriſtus. membra fideles. Fœlix membrum quod viuit in hoc corpore ſub hoc capite.

Dominica ꝓma poſt octauas epiphanie Rhomanorum. xij

Hñtes habẽtes donationis ẛm grãm que data ẽ vobis differẽtes ſiue ꝓphetiã ẛm rõem fidei Siue miniſteriũ in miſtrando Siue q̇ docz in doctrina Qui exhortatur in exhortãdo Qui tribuit in ſimplicitate Qui preeſt in ſollicitudĩe Qui miſereṫ in hilaritate Dilectio ſine ſimulatõe. odiẽtes malũ adherẽtes bono Charitate fraternitatis inuicem diligẽtes. honore inuicem preueniẽtes. ſollicitudine nõ pigri ſpiritu feruentes dño ſeruientes. ſpe gaudentes in tribulatione pa[//]

Poſtilla.

Habentes donationes ſcđm gratiam ⁊c. Ante initium illius epiſtole ſcribit ſanctus Paulus dicens. Sicut in vno corpore multa habemus membra omnia autem membra eundem actum non habent ita multi vnum corpus ſumus in chriſto. Singuli autem alter alterius membra ⁊c. Tunc ſequitur ſtatim epiſtola hodierna (Habentes donationes) qualiter autem epiſtola cum euangelio hodierno conueniat. Eſt notandum q̈ in euangelio hodierno agitur de nuptijs in quibus chriſtus in conſolationem conuiuantium aquam in vinum conuertit. Que nuptie facte ſunt in chana galilee. Et ſignificãt ſpirituales nuptias quas chriſtus habet cũ anima fideli ad quas ſpirituales nuptias req̇runtur virtu[-]

tes quas apoſtolus in ep̄la hodierna enumerat dicens(Habentes dona
tiones ſm grāz que data eſt vobis differētes)id eſt vos qui habetis diuer
ſa dona ⁊ diuerſa officia donata vobis ex grā dei diuerſimode vnus alteri
ex charitate fraternali debet ſummiſtrare ⁊ impriri ⁊ communicare ſicut
membra corporis(Siue ꝓphetiam ſm rationem fidei)Glin.in donuz re/
uelationis futurorum occultorum ſm quod exigit fides(Siue miniſteriū
in miniſtrando)ſcȝ ſacramenta(ſiue qui docet in doctrina)id eſt gratiā ha
bet docendi(Qui exhortatur in exhortando)Gorra.id eſt grām exhorta
tionis habet ſicut membra cōmunicare.proximis(Qui tribuit)ſcȝ elemo
ſynas(in ſimplicitate)id eſt in ſimplici intentione ſcȝ ſola intentione vite
eterne.vt neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.Matthei.vi.(Qui
preeſt)id eſt qui gratiam p̄lationis habet(in ſollicitudine)quia rationem
redditurus eſt(Qui miſeretur)id eſt q̄ habet miſericordiam compatien/
do afflictis(in hilaritate)Lyra.hoc facit contra illos qui auſteritatem in
vultu ⁊ verbis oſtendunt miſeris anteꝗ̄ releuant eos in aliquo(dilectio ſi

tientes orōni inſtantes neceſſitatibus
ſanctorū cōmunicantes hoſpitalitatē
ſectantes.Benedicite perſequētibus
vos bñdicite ⁊ nolite maledicere gau
dete cum gaudentibus flete cum flen/
tibus.Idipſum inuicem ſentientes
non alta ſapientes.ſed humilibus cō
ſentientes.

¶ Dñica ſcda poſt octauas epipha/
nie.ad Rhomanos.xij.

FRēs nolite eē prudētes apd̄ voſ

ne ſimulatione(Gorra.
vt dilectio proximi ſit
vera ⁊ non falſa nec fic/
ta.p̄mo.Ioānis tercio
Filioli nō diligamus ꝟ
bo neꝗ̄ lingua ſed ope/
re ⁊ v̄itate(odiētes ma/
lum)ſcȝ in proximis(ad
herentes bono Charita
tem fraternitatis inui/
cem diligentes)Glincē.
non ſolū diligatis vos
mutuo ſed etiam de hoc
gaudentes quod alij ſe
mutuo diligunt(honore inuicem preuenientes)Lyra.quilibet eīm deficit
in aliquo bono quod eſt in altero.⁊ ſic poteſt eū cōſiderare vt meliorem ſe
et ſic honore ꝑuenire(ſollicitudine nō pigri)Lyra.preſtando humanitatē
proximis in effectu(ſpiritu feruētes)Lyra.vt hoc fiat bono affectu(dño
ſeruientes)Glin.vt ꝑ ea q̄ proximis impendatis deo ſeruiatis(ſpe gaudē
tes)Glin.vt ex executione ꝓmiſſorum.ſperetis eterna gaudia)in tribula/
tione patientes orōni inſtantes)Glin.nō ſolū ꝑ ſalute veſtra.ſed etiam ꝑ
ſalute ꝓximorum(neceſſitatib)Gorra.id eſt penurijs(ſcōrum)vobiſcum
cōmorantiū(cōmunicātes)veſtra bona temporalia(hoſpitalitatē ſectan/
tes)quo ad ꝑegrinos exemplo Abrahe ⁊ Loth q̄ receperunt angelos in
forma hoīm in hoſpicio.Geñ.xix.(Bñdicite ꝑſequētib vos)Gorra.id ē
bona eis optate(bñdicite ⁊ nolite maledicere)q2 maledicti regnuz dei non
poſſidebunt(gaudete cū gaudētibus)ſcȝ cōgratulādo eis(flete cū flenti/
bus)ſcȝ cōpatiendo eis(idipſum inuicem ſentientes)ſcȝ cū alijs fratribus
(non alta ſapientes)Lyra.proximum conculcando(ſed humilibus con/
ſentientes)cum eis humiliter conuerſando. ¶ Poſtilla.

NOlite eſſe prudētes apud ⁊c̄.Illa ep̄la immediate ſequitur ep̄lam
precedentis dominice.⁊ concordat cum euangelio.q2 in euangelio

# Pagina

legiť de leproſo quē chriſtus ſolo verbo curauit dicens. volo mūdare. Et
curatio leproſi ſignificat myſtice mundatōēm animę a lepra pctōꝝ. Sic
etiā in ep̄la hodierna apl's Paulus diſſuadet nobis ꝑ quę anima macula
tur ⁊ hortať nos ad virtutes per quas anima mundatur ⁊ decorať dicens.
(Fratres Nolite eſſe prudentes apud vos metipſos)id eſt nō tantam cō
fidentiā habeatis in ingenio veſtro ꝙ magis ꝓprio ſenſui velitis credere
q̄ꝫ alieno.q2 illud eſt teſtamentū ſcī Bernardi ꝙ quilibet homo debet ma
gis credere ſenſui alieno q̄ꝫ ꝓprio(Nulli malū pro malo reddētes)id ē nul

metipſos nulli malū pro malo reddē
tes prouidentes bona non tm̄ coram
deo ſed etiā corā omnibꝫ hominibus.
Si fieri poteſt qꝺ ex vobis eſt cū om/
nibꝫ hoībus pacē hn̄tes nō voſmetip
ſos defendētes chariſſimi.ſ3 date locū
irę. Scriptū eſt em̄ Mihi vindictā et
ego retribuā dicit dn̄s Sꝫ ſi eſurierit
inimicus tuꝰ ciba illū ſi ſitit.potū da
illi. Hoc em̄ faciēs carbones ignis cō
geres ſuꝑ caput eiꝰ Noli vinci a malo
ſed vince in bono malum

li iniuriā pro iniuria in
ferentes.Gorra. Mul
tominus malū ꝑ bono
Ps.xxxiiij. Retribue/
bāt mihi mala ꝓ bonis
etcꝫ.(prouidentes bona
nō tantum coram deo )
Gorra.id eſt in ſecreto
cordis.q2 deus intuetur
cor(ſed etiā corā omībꝫ
homībus)id eſt in mai/
feſto.ne ꝓximus ſcāda/
lizetur.q2 ſcandalū vita
re debemus q̄ꝫtū poſſu/
mus Juxta illꝺ Mat.
xviij. Ve homi ꝑ quem
venit ſcandalū(Si fie/
ri pōt qꝺ ex vobis eſt cū omnibus hominibus pacem habentes)id ē q̄ꝫtū
in vobis eſt nō detis occaſionē diſcordię vł diſtractionis pacis(nō voſmet
ipſos defendentes)id ē nō ſitis repercutientes aduerſarios veſtros ſed fa
cite ſicut chriſtus dicit. Lucę ſexto. Si quis te percuſſerit ad vnam ma/
xillam p̄be ei ⁊ alteram(chariſſimi.ſed date locum irę)Gorra.id ē vindictę
Jra dr̄ hic diuinū iudiciū ergo dr̄ dies irę(Scp̄tū eſt em̄)Deutero.xxxij
(Mihi vindictā)ſcꝫ reſeruate(⁊ ego retribuam )id ē vindicabo(dicit dn̄s)
Damaſcenus. Quādo em̄ vos puniretis eos iam deo locus non eſt in eis
vt eos puniat in die irę. Seipſum em̄ vindicare eſt rapinam cōmittere et
deum cōtemnere(Sed ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum ſi ſitit potum
da illi)id eſt porrige ei neceſſaria in extrema neceſſitate( Hoc em̄ faciens)
ſcꝫ cibando ⁊ potando illum(carbones ignis) id eſt ardorem charitatis.
(congeres)id eſt congregabis(ſuper caput eius) Prouerbioꝝ.xxv.id eſt ſu
per mentem eius quatenus tua benignitate incipiat diligere te quem pri/
us oderat(Noli vinci ) per impatientiam(a malo)ſupple homine(ſed vin
ce in bono)ſcꝫ patientię(malum)ſupple hominem

Poſtilla.

NEmini quicq̄ꝫ debeatis niſi vt inuicem diligatis ⁊cꝫ. Jn̄ initium
illius ep̄lę ſcribit ſcūs Paulus dicēs. Omnis aīa p̄tātibꝫ ſubli/
mioribus ſubdita ſit. Nō eſt em̄ p̄tās niſi a deo. Jtaq̄ꝫ q̄ reſiſtit p̄tāti dei
ordinationi dei reſiſtit. Tunc ſeq̄tur ep̄la p̄n̄s(Nemini quicq̄ꝫ) Epiſtola
et euangelium concordant.q2 in euangelio legitur quomō chriſtus fuit

tum diſcipulis ſuis in nauicula ad tranſfretandum. ⁊ orta eſt tempeſtas
magna in mari per quam tempeſtatem deſignatur magna tentatio hu9
ſeculi. Sic etiam Paulus apoſtolus in epiſtola hac docet nos quomodo
debeamus tranſmigrare ⁊ tentationes vincere per virtutes quas enume
rat in epiſtola hodierna dicens. (Nemini quicꝗ̄ debeatis. niſi vt inuicem
diligatis. Qui enim diligit proximum legem impleuit) Lyra. omnia eñ
mandata decalogi ordinantur ad actum diligendi. quia precepta prime ta
bule ordinantur ad diligendum deum. Et precepta ſecunde tabule ordi/
nantur ad diligendum proximum ⁊ ita in dilectione impletur lex (nam
non adulterabis). Horra hic prohibetur nocumentum proximi in perſo
na ſibi coniuncta nā (non occides) in quo prohibetur nocumetum proxi/
mi in ꝓpria ꝑſona (nō furaberis) in quo ꝓhibetᷣ nocumentū ꝓximi ī reb9
tꝑalib9 (nō falſum teſtimoniū dices) in quo prohibetur nocumētū ꝓximi

Dn̄ica tercia poſt octauas epipha//
nie ad Rhomanos. xiij

FRēs Nemini quicꝗ̄ debea//
tis niſi vt iuicē diligatis Qui
enī diligit ꝓximū legē impleuit Nam
non adulterabis nō occides. nō fura//
beris nō falſū teſtioniū dicēs non ꝯcu
piſces rem ꝓximi tui. Et ſi qđ ē aliud
mādatū ī hoc verbo īſtauratᷣ. diliges
ꝓximū tuū ſicut teipſū dilectio proxi//
mi malum nō opatur plenitudo ergo
legis eſt dilectio

Dn̄ica quarta p9 octauas epipha//
nie ad Coloſſenſſes. iij.

FRēs. Induite vos ergo ſicut
electi dei ſcī et dilecti viſcera
mie beniguitatē humilitatē modeſtiā
patientiam ſupportātes inuicem. Et
donātes vobiſmetipſis ſi quis aduer//
ſus aliquem habet querelā ſicut ⁊ do//

in verbo (nō cōcupiſces
rē ꝓximi tui) hoc ē vxo
rem vel aliā rem (Et ſi
quod eſt aliud manda/
tū in hoc ꝟbo inſtaura
tur) id ī impletur (dili/
ges proximū tuū ſicut
teipſum) Hor. Sic de/
bes diligere ſicut teipſū
in bono. ⁊ non in malo
Tho. ſic ꝙ nihil illic i/
tum ꝓpter amorem pro
ximi cōmittas (dilectio
proximi malū nō ope/
ratur) id eſt cauet inferre
malū proximo (Pleni/
tudo ergo legis eſt dile
ctio) Tho. i. ꝑ dilectio/
nem lex impletur.

Poſtilla.

Induite vos ergo ſi
cut electi dei ſancti. ⁊c.
Ante initium iſtius e/
piſtole ſcribit ſanctus
Paulus dicens. Noli/
te mentiri inuicem. ex/
poliantes vos veterem
hominē cū actibus iu
ſ[t]is. ⁊ induentes nouū hoīem q̄ renouatᷣ in agnitione dei ſꝫm imaginē eius
q̄ creauit illū. Tūc poſt hoc ſeq̄tᷣ ep̄l'a hodierna quā ſcripſit coloſſenſib9.
Et coloſſenſes noīantur a ciuitate coloſſis (Frēs iduite vos). ſ. veſte ſpūa
li ſicut electi dei) ꝑ fidem (ſcī) per ſpē (⁊ dilecti) ꝑ charitatē. l' ſic (electi dei)
Ly. per eternā p̄deſtinatōez (ſcī) ꝑ ſacramēto ꝝ ꝑceptōem (⁊ dilecti) ꝑ aug
mentū grē. viſcera mie. Ly. ꝗ̄tuꝫ ad pietatis effectū (benignitatē) ꝗ̄tum

ad eius effectum(humilitatem)quę eſt virtutum cuſtodia ꝛ fundamentū
(modeſtiam)bene vtendo proſperis(patientiam)bene habendo ſe in ad/
uerſis(ſupportantes inuicem)in infirmitatibus.oneribus impoſitis ꝛ de
fectibus(ꝛ donantes vobis metipſis) Lyra offenſas remittendo quod eſt
neceſſitatis(ſi quis aduerſus aliquem habet querelam)id eſt quęrelę ma/
teriam(ſicut dominus donauit vobis)id eſt pure ꝛ integre(ita et vos)in/
uicem remittite peccata (Super omnia āt hęc charitatem habete)quę eſt
maior cęteris ꝩtutibus(quod eſt vinculū ꝑfectionis) Gor.qꝛ omnia q̄ ad
ꝑfectionem ꝑtinent ſibi ligat(ꝛ pax chriſti) Ly.data ꝛ ꝯmēdata a chriſto
(exultet).i.ſit cauſa exultatōis(in cordibꝫ vr̄is in qua ꝛ vocati eſtis in v/
no corpore)ſcꝫ eccl'ę ſub capite chriſto Gorra omēs em̄ vnum corpus ſu/
mus in chriſto(ꝛ grati
eſtote)ſcꝫ deo datori de
tāto bn̄ficio(ꝩbū chri/
ſti)id ē doctrina euāge/
lij q̄ ſpecialr ꝩbuꝫ chri
ſti ē.qꝛ de eius ore ꝓceſ
ſit habitet in vobis) ſ.
per iugem eius medita
tionem(abundanter) id
eſt non ſolum ad vrām
ſed aliorum ędificatio/
nem(in omni ſapientia
id eſt in omni ſcriptura
rum intelligētia.vt om
nium ſcripturaꝝ intel/
ligentiam ꝛ intellectum habeatis(docentes)ſcꝫ ignaros(cōmonentes)ſci
licet pigros(voſmetipſos)id eſt vnus alium vos mutuo ad diuinas lau/
des excitando ꝛ hoc(in pſalmis hymnis ꝛ canticis ſpiritualibus) Gor.de
ęternis bonis agentibus ꝛ cęleſtē iucunditatem oſtendentibus(in ḡtia).
Gorra.id eſt in conſideratione beneficioꝝ dei erga vos(cantantes in cor
dibus veſtris) Gor.id eſt nō tantū labijs ſicut illi de quibus dr̄ Eſa.xxix
Populus hic labijs me honorat cor āt eoꝝ longe eſt a me(deo)id eſt ad
honorem dei(in chriſto Jeſu domino noſtro)

min⁹ donauit vobis.ita ꝛ vos. Sup
om̄ia aūt hęc charitatē habete:quod
eſt vīculū ꝑfectiōis ꝛ pax chriſti exul/
tet in cordibꝫ vr̄is ī qua ꝛ vocati eſtis
in vno corpore ꝛ grati eſtote:verbum
chriſti habitet in vobis abundāter.in
omni ſapientia docētes ꝛ cōmonētes
voſmetipſos in pſalmis hymnis ꝛ cāti
cis ſpiritualibꝫ in grā.cantātes in cor
dibus veſtris deo.ī chrō ieſu dn̄o nr̄o.

¶ Poſtilla

NEſcitis quod hi qui in ſtadio currunt.ꝛc̄. Ante initiū illius ep̄lę
ſcribit ſanctus Paulus dicens Factus ſum infirmis infirmus vt
infirmos lucrifacerem. Omnia antem facio propter euangelium vt par/
ticeps eius efficiar. Tunc ſequitur Epiſtola preſens Neſcitis quod hi qui
in ſtadio currunt.¶ Notandum quod tempus quod hodie eccleſia inci/
pit eſt tempus deuotionis et penitentię. In ſignum huius ſancta mater
eccleſia in hoc ſacro tempore in cantu ꝛ lectionibus.in matutinis nobis
inſinuat quod a deo ſumus elongati ꝛ ſpiritualibus bonis ſpoliati.prop
ter inobedientiam Adę ꝛ Eucę. Unde epiſtola ꝛ euangelium in hoc con/
cordant. Quia enim depauperati ſumus ſanctus Matheus in euangeli
o hodierno inuitat nos ad laborandum in vinea domini vt dicemur. Et
quia etiam a deo elongati ſumus.ſanctus Paulus in epiſto.hodierna pro

ponit nobis curſum vt ad brauium diuine viſionis redeamus dicẽs (Fratres. Neſcitis quod hi qui in ſtadio currunt. omnes quidem currunt) quia omnes homines ad beatudinẽ nituntur peruenire quocunqȝ diuerſo tramite incedunt. Sicut dicit Boetius de conſolatione Philoſophie. libro tercio. proſa ſcd̃a (ſed vnus accipit brauium) id eſt premium curſus.

¶ Notandum quod ſtadium eſt ſpacium in quo pedites currunt. quod Hercules dicitur ſtatuiſſe. Perficiunt autem vnum ſtadium. cxxv. paſſus Et ſtadium dicitur a ſtando. quia poſtquam Hercules tot paſſus currebat ſtabat et reſpirabat. In fine huius ſpacij ponebatur aliquod quod erat premium curſus. Ut equus vel purpureus pannus Et hoc dicitur brauiuȝ Et licet omnes in hoc ſtadio currerent vnus tamen ſolus accipiebat hoc brauium ſcilicet q̃ citius preueniebat Sic in curſu ſpirituali vnus tantum ſcilicet perſeuerans. accipit brauium. quia qui perſeuerauerit vſqȝ in finem hic ſalu⁹ erit (Sic currite) ſcilicȝ per bona opera (vt comprehendatis) ſcilicet brauium eternum (Omnis enim qui in agone) id eſt in pugna (contendit) cum aduerſario (ab omnibus ſe abſtinet) ſcilicet que impediunt ipſum pro aſſecutione victorie (Et illi quidem vt corruptibilẽ coronam accipiant. nos autem incorruptam) Lyra q. d. ſi hoc faciunt ꝓ tpali precio. multomagis debemus hoc facere pro eterno premio abſtinẽdo ab omnibus impedimentis noſtre ſalutis exercitando nos in omnib⁹ promotiuis (Ego igitur ſic curro) Gloſa bonum operando (non quaſi in incertum) Lyra quia ſanctus Paulus certus erat de beatitudine futura per reuelationem diuinam (ſic pugno) ſcilicet contra temptationes (non quaſi aerem verberans) id eſt non inaniter ſicut ille qui aerem percutit ꝓ hoſte (ſed caſtigo corpus meum) Gloſa id eſt motus carnis illicitos reprimo (⁊ in ſeruitutem redigo) ſcilicet per operationem boni (ne forte cum alijs predicauerim) Lyra ſcilicet inducendo eos ad opera perfectionis (ipſe reprobus efficiar) Gloſa id eſt a deo reprobatus quod turpe eſſet (Nolo enim vos ignorare Fratres) Lyra ſed diligenter attendere (quoniam patres noſtri omnes) tam boni q̃ mali (ſub nube fuerũt) ſcȝ eos ꝓtegẽte ab

## ¶ Dominica in ſeptuageſima. i. Corinthiorum. nono.

FRẽs Neſcitis qꝫ hi q̃ in ſtadio currũt oẽs qdẽ currũt ſȝ vn⁹ accipit brauiũ Sic currite vt comprehendatis. Omnis enim qui in agone cõtendit ab õnibus ſe abſtinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronã accipiant nos autem incorruptam. Ego igitur ſic curro. non quaſi in incertum ſic pugno non quaſi aerem verberans ſed caſtigo corpus meũ ⁊ ĩ ſeruitutem redigo. ne forte cum alijs p̃dicauerim ipſe reprobus efficiar Nolo eñ vos ignorare frates. quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt. ⁊ omẽs mare tranſierunt ⁊ õnes in Moyſe bap/

ꝗſtu de die in diẽ. Exodi.xiij.(Et oẽs mare trãſierũt.⁊ omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube ⁊ mari) Ly.i.ſignum baptiſmatis receperunt qꝛ tranſitus iſte maris ⁊ protectio nubis figura fuit baptiſmatis(Et omẽs eandẽ eſcam ſpiritalẽ manducauerũt) Ly.i.manna quę dicitur eſca ſpiritalis.qꝛ non ꝟtute naturę.ſed naturę diuinę potentię fuit data de cœlo. Et etiam fuit figura euchariſtię ꝙ ſpũalem hoiem nutrit(⁊ oẽs eundem potũ ſpiritalem biberunt)ſcꝫ aquã de petra educãam ꝟtute diuina: ꝗndo Moyſes bis ꝑcuſſit petrã. Exodi.xvij.(Biberunt aũt de ſpiritali)id eſt potum datum virtute chꝛiſti quia figurabat aquã gratię ꝑ chꝛiſtum dandam(conſequente eos petra) Gloſa. aquę vbiqꝫ ſequebantur eos (Petra ãt erat chꝛiſtꝰ) Lin.non in re ſed in figura.de qua petra fluxit ſanguis et aqua.ꝑ aptionem lateris chꝛiſti.in die paraſceues.

tizati. ſunt in nube ⁊ mari. Et omnes eandem eſcam ſpiritalem mãducauerunt ⁊ omnes eundem potũ ſpiritalez biberunt Bibebant autem de ſpiritali conſequente eos petra Petra autem erat chꝛiſtus.

Dñica in ſexageſima ij Coꝝ.xi.

FRẽs Libẽter ſuffertis inſipientes cũ ſitis ipſi ſapiẽtes Suſtinetis em̃ ſi quis vos in ſeruitutez redi

Poſtilla.

LIbenter ſuffertis inſipientes.⁊c. Ante initium illius Epiſtolę ſcribit ſcũs Paulus di. Ipſe em̃ ſathanas tranſfigurat ſe in angelum lucis Non eſt ergo magnũ ſi miniſtri eius tranſfigurentur velut miniſtri iuſticię Tunc ſequitur epl'a hodierna. Epl'a ⁊ euangelium concordant.qꝛ euangelium dĩ de ſeminatoꝛe ꝙ exijt ſeminare ſemen ſuum ſic etiam Epl'a dĩ de pꝛedicatoꝛe.ſcꝫ ſcõ Paulo qui ſemen ꝟbi dei ſeminauit per totum mundũ Sicut pꝫ in Collecta de ſcõ Paulo Deus ꝙ vniuerſuz mundum bti Pauli pꝛedicatione docuiſti da nobis ꝗs.⁊c. Fratres libenter ſuffertis ⁊c. Pꝛo intellectu huius eplę notandum eſt ꝙ tpe aploꝛum erant ꝗdam pſeudo apl'i ꝗ gloꝛificabant ⁊ iactabant ſe eſſe iudęos natiõe ⁊ de ſemine abꝛahę dñdiſſe.⁊ hoc faciebant vt per hoc in maioꝛi autoꝛitate haberentur ⁊ eoꝝ falſę doctrinę magis crederetur et nitebantur Coꝛinthios a libertate euangelij reducere ad obſeruantiam legis moſaycę.⁊ ipſi coꝛinthij ſufferebant eos ⁊ eis bene faciebant.⁊ eos apoſtolo pꝛeferebant.minus reputantes apl'm ꝙ̃ illos. Et de hoc apl's eos repꝛehendit in hac epl'a.⁊ oñdit quomodo hẽat maioꝛẽ materiam gl'andi ꝙ̃ iſti ſi expediat. Et in pñti epl'a enũerat apl'us pl'ima martyꝛia ſua ⁊ bñficia ⁊ opera bona facta pꝛo vtilitate eccl'ę. Etiã enũerat pl'ima ꝙ paſſus eſt pꝛo fide et pꝛo noĩe ieſu chꝛi ⁊ hoc apl's faciebat vt illoꝝ pſeudo aploꝝ falſitatẽ repelleret ⁊ maioꝛẽ fructũ facerꝫ ad dĩ laudẽ ⁊ fideliũ ſalutẽ ꝓpt qđ ſua gl'atio erat ꝟtuoſa.illoꝝ ãt vicõſa vñ dĩ(Frẽs) Lin.vos frẽs coꝛithij(libenter ſuffertis).id ẽ ſuſtiẽtis patiẽter(inſipiẽtes).i.falſos apl'os de falꝰ falſe gl'antes qđ ꝓpꝛiũ eſt inſipientiũ(cũ ſitis ipſi).i.eſſe debeatis(ſapientes) ꝙ talibus falſis apl'is ⁊ ſeductoꝛibus non crederet is(ſuſtinetis em̃ ſi quis)

Ly.pſeudo apoſtolorū(vos)ſcʒ libertate chriſti ⁊ euāgelij(in ſeruitutem
redigit)id ē in obſeruantiā legis volebant em eos ſubijcere ſeruituti legis
dicentes debere eos ſeruare legalia euangelio(ſi quis deuorat) Ly.quia de
bonis chorintheoꝝ laute viuebāt(ſi quis accipit)bona veſtra decipiendo
vos falſis ⁊ mendacibus verbis(ſi quis extollitur)quia pſeudo apl'i iacta
bant ſe ſuꝑ chorintheos dicentes ſe eſſe filios abrahe Corinthios aūt fili/
os gentilium idolatrie deditoꝝ ⁊ incircūciſorū(ſi quis vos in faciem cedit
Gor.id ē in pſentia vos vituperat improperando ſcʒ vobis genus ꝙ ſitis
gentiles.Vñ Ambroſius in faciem ceditur cui iniuria irrogat(ſcd̄m igno
bilitatē dico) Gor.quam vobis obijciunt quidam iudei de ſemine abra/
he ſe iactantes ⁊ vos ſpernētes tanꝙ ignobiliores ipſis(quaſi nos infirmi
fuerimus in hac parte)id eſt impotentes gloriari de gentis nobilitate. ſʒ
non ſumus(in quo quis audet in inſipientia dico) Gor.qꝛ inſipientiaʒ eſti
mat ſeipm̄ iactare ⁊ laudare(audeo ⁊ ego)id eſt audere poſſum ⁊ ego(He
brei ſunt) Ly.id eſt de lingua ⁊ natione hebraica gloriātur(⁊ ego)ſcʒ ſum

git.ſi quis deuorat ſi q̇s accipit.ſi q̇s
extollitur.ſi quis in faciem vos cedit.
Secundum ignobilitatem dico qua
ſi nos infirmi fuerimus in hac parte.
in quo quis audʒ in īſipientia dico.au
deo ⁊ ego Hebrei ſunt ⁊ ego. Jſraheli/
te ſunt ⁊ ego. Semen abrahe ſunt ⁊ e
go. Miniſtri chriſti ſunt ⁊ ego. Ut mi
nus ſapiens dico.plus ego in labori/
bus plurimis.in carceribus abundā
tius.in plagis ſupra modum. in mor
tibus frequenter. A iudeis quinq̇es q̄
dragenas vna minus accepi. Ter vir
gis ceſus ſum.ſemel lapidatus ſuʒ ter
naufragium feci.nocte ac die in pro/
fundo maris fui.in itineribus ſepe. pe
riculis fluminum.periculis latronuʒ
periculis ex genere.periculis ex genti
bus.periculis in ciuitate.periculis in
ſolitudine . periculis in mari.ꝑiculis

ſicut ipſi ſunt( Jſraheli
te ſunt)id eſt gloriantꝰ ꝙ
de patriarcha Jacob de
ſcenderūt)⁊ ego )ſimilit
deſcendi(Semē abrahe
ſunt) Lyra cuius ſemi
facte ſunt repromiſſio/
nes(⁊ ego)ſcʒ ſum de eo
dem genere.⁊ ideo de oī
bus iſtis poſſum gl'iari
(miniſtri chriſti ſunt)id
eſt dicūt ſe miſtros chri
ſti(⁊ ego)ſcʒ ſum ſimilit
(vt minus ſapiens dico
qꝛ nō eſt hominis ſapiē
tis ſeipm̄ laudare.⁊ per
hoc oſtendit ſe coactum
in laudem ſuam proru/
piſſe(plus ego )ſcilicʒ ſū
miniſter chriſti ꝙ ipſi.
hoc patet ex eo(qꝛ plu/
ra paſſus ſum propter
miniſterium chriſti.
Tunc enumerat dicēs.
(in laboribus plurimꝭ)
Lyra.in iudeorum per
ſecutione ſupple fui. plꝰ
ꝙ ipſi(in carceribus abundatiꝰ )Lyra.propter predicationem euangl'ij
(in plagis ſupra modum)id eſt vltra menſuram aliorum(in mortibus fre
quenter)id eſt in periculo mortis fui(A iudeis quinquies)id eſt quinꝙ vi
cibus(quadragenas)ſcilicet percuſſiones vel plagas ( vna minus) hoc eſt
trigintanouem(accepi)preceptum enim erat in lege. Deute.viceſimoq̇rto

Si eñ qui peccauerat dignum viderent plagis. proſtrauerunt eũ ante ſe
et coram ſe fecerunt verberari pro menſura peccati. erat ⁊ modus plaga/
rum ita dũtaxat vt quadragenarium numerũ non excederent. Ne igitur im
miſericordes viderẽtur. ſubtrahebant minus quod poterant ſcʒ vnã pla
gam (ter virgis ceſus ſum) ſcʒ hoc a gentibus paſſus ſum (ſemel lapidatus
ſum) a iudeis. Actuum. xiiij. Lapidantes paulum traxerunt eum extra ci
uitatem eſtimantes eum mortuum eſſe (ter naufragium feci) id eſt pertuli
(nocte ⁊ die in profundo maris fui) ¶ Lyra. ſcʒ ad diuerſas partes terre ⁊
inſulas nauigando ꝓpter p̃dicationem euangelij ¶ Alij exponunt dicẽtes
naufragium paſſus ſtetit ſub aqua per diem ⁊ noctem virtute diuina ip/
ſum protegente (in itineribus ſepe) ſupple fui ꝓpter p̃dicationem euange/
lij (periculis fluminum) Lyra. in hyeme inundantium. Et ſic ſunt mgña
pericula in tranſitu aq̃
rum (periculis latronũ)
diabolo eos concitante
contra Paulum vt pre
dicatio verbi dei ⁊ ſal⁹
animarum impediretur
(pericul' ex genere) ſup/
ple meo id eſt a iudeis
volentibus Paulum oc
cidere. Ideo quia lege
eorum deſerta ad chri/
ſtum ſe conuertit (peri/
culis ex gentibus) Ly.
id eſt ex gẽtilibus mor/
tem eius querentib⁹ q̃a
contra idolatriam pre/
dicabat. Et ſic nec inter
ſuos nec inter alienos
ſecurus fuerat (p̃iculis
in ciuitate) Lyra. ſup/
ple commota contra me (periculis in ſolitudine) Lyra. id eſt a beſtijs oc/
currentibus (periculis in mari) a piratis ⁊ naufragijs (periculis in falſis
fratribus) Lyra. quod eſt periculoſius quia nulla peſtis efficatior ad nocẽ
dum q̃ʒ familiaris inimicus (in labore) ſup̃ manuali (⁊ erũna) .i. in paup̃/
tate (in vigilijs multis) ꝓpter laborẽ manualẽ ⁊ etiã orõem (in fame ⁊ ſiti
in ieiunijs multis in frigore ⁊ nuditate) q² nõ habebat q̃n̄qʒ ſufficientem
victũ ⁊ amictũ (p̃ter illa que intrinſecus ſunt) Lyra. id eſt p̃ter mala iam
enumerata que me exterius affligũt. Sunt alia que affligũt me interius
ſcʒ (inſtãtia mea quottidiana) Glo. q̃ nec vna hora remittitur (ſollicitudo
omnium eccleſiarum) Lyra. incumbebat eñ ſibi quottidie intendere re/
gimini ſollicite eccleſiarum in magna affectione mentis. Ideo ſubditur
(quis infirmatur) Lyra. in fide ⁊ moribus (⁊ ego non infirmor) dolens de
malo eius quaſi dicat nullus (Quis ſcandalizatur) Lyra. ſcilicet ruens
in peccatum exemplo alterius (⁊ ego non vror) per compaſſionem Qua/
ſi diceret nullus (Si) pro quia (gloriari oportet) Quia oportebat Pau/

in falſis fratribus. In labore ⁊ erũn
na in vigilijs multis. in fame ⁊ ſiti in
ieiunijs multis. in frigore ⁊ nuditate.
Preter illa que intrinſecus ſunt inſtã/
tia mea quottidiana ſolicitudo omni
um eccleſiarum. Quis infirmatur et
ego non infirmor: q̃s ſcãdalizatur ⁊ e/
go non vror: Si gl'ari oportet q̃ infir/
mitatis mee ſunt gloriabor. Deus et
pater dñi noſtri ieſu chriſti ſcit q̇ eſt be
nedictus in ſecula q̃ nõ mentior. Da/
maſci p̃poſit⁹ gentis Arethe regis cu
ſtodiebat ciuitatẽ damaſcenoꝝ vt me
cõprehenderet ⁊ p̱ feneſtram in ſporta

lum ſic facere ad repellandam iactantiam ⁊ ſuperbiam pſeudo apoſto/
lorum(que infirmitatis mee ſunt) ¶ Lyra. id eſt que pertinent ad infirmi
tatem meam(gloriabor) Hoc dicit contra falſos apoſtolos qui de nobili/
tate generis gloriabantur( Deus ⁊ pater domini noſtri ieſu chriſti ſcit.
qui eſt benedictus in ſecula ꝙ non mentior). ¶ Tunc ibi conſe/
quenter enumerat mala que euaſit Dum enim pergeret damaſcum ad p/
ſequendum chriſtianos miraculoſe fuit conuerſus ⁊ poſt baptiſmum in
trauit ſynagogam ⁊ confundebat iudeos qui habitabant damaſci. Prop
ter quod ſuaſerunt prepoſito ciuitatis vt caperetur. vt habetur Actuum
nono. Ergo dicit( Damaſci prepoſitus gentis Arethe regis cuſtodiebat

demiſſus ſum p muꝝ ⁊ ſic effugi ma/
nꝰ eiꝰ Si gl'ari opꝫ nō expedit quidē
Veniā aūt ad viſiones ⁊ reuelatōnes
dñi. Scio hoīem in chriſto añ annos
quattuordecim. ſiue ī corpe ſiue extra
corpꝰ. neſcio. deꝰ ſcit Raptū huiōi vſ/
qꝫ ad terciū celū. Et ſcio huiōi hoīem
ſiue in corpe ſiue extra corpꝰ. neſcio. de
us ſcit. qm̄ raptꝰ ē in padyſuꝫ. ⁊ audi/
uit arcana verba que nō licet homī lo
qui. Pro huiōi gl'abor. p me aūt nihil
niſi in infirmitatibꝫ meis Nā ⁊ ſi vo/
luero gloriari nō ero inſipiēs. Verita
tē em̄ dicā. Parco aūt ne ꝗs me exiſti/
met ſupra id qđ videt in me aut audit
aliquid ex me. Et ne magnitudo reue/

ciuitatem damaſceno/
rum) id eſt cuſtodiri fe/
cit per homines arma/
tos(vt me comprehen/
deret) Lyra. vt trade/
ret iudeis ad occidendū
(⁊ per feneſtram in ſpor
ta demiſſus ſum per mu
rum) ſcilicet a chriſtia/
nis( ⁊ ſic effugi manus
eius( Si pro quia glo/
riari oportet) me com/
mendādo propter pſeu
do apoſtolos(non expe
dit quidem) propter me
licet expediat propter
veſtram vtilitatem( Ve
niam aūt ad viſiones ⁊
reuelationes domini.
Scio hominem) Gloſa
De ſe tanquam de alio
loquitur in ſui commē
dationem vt vitet iac/
tantiam(in chriſto)
manentem per gratiam ⁊ ſibi vnitum per fidem ⁊ charitatem(ante ānos
quatuordecim) Tot enim anni fluxerunt inter viſionem ⁊ narrationem
Ex quo apparet eum hoc enarrare non ex iactantia ſed ex neceſſitate pro
pter vtilitatem(ſiue in corpore) Gloſa ſcilicet manente anima(ſiue extra
corpus) aſſumpta(neſcio. deus ſcit) raptum huiuſmodi vſqꝫ ad tercium ce
lum. id eſt empireum. ¶ Creditur raptus iſte fuiſſe in ſua conuerſione
quando fuerat tribus diebus ⁊ tribus noctibus nec comedens nec bibēs.
Et ſcio huiuſmodi hominem ſiue in corpore. ſiue extra corpus. neſcio de/
us ſcit quoniam raptus eſt in paradyſum. Gloſa. in eam tranquillita/
tem qua fruunt illi ꝗ ſunt in celeſti hieruſalem(⁊ audiuit) id eſt percepit.
arcana verba. de dei eſſentia(que non licet) id eſt non eſt poſſibile( homi/
ni loqui) id eſt verbis explicare( pro huiuſmodi) ſcilicet viſionibus

(gloriabor)⁊ recte(pro me aūt nihil) Lyra. id eſt a me nullam habeo ma/
teriam gloriandi(niſi in infirmitatibus meis)id eſt in tribulationibꝰ me/
is quas patior non qꝛ in ſe ſint glorioſe. ſed qꝛ ſunt materia glorie acquirē/
de(Nam etſi voluero gloriari) Lyra. de donis mihi a deo datis(non ero
inſipiens)qꝛ hoc non facio inaniter ⁊ ſine cauſa(veritatem eñ dicam par/
co aūt) Lyra. id eſt parce me laudo(ne quis exiſtimet me)ſcꝫ inaniter glo/
riari(ſuper id quod videt in me)id eſt in conuerſatione mea(aut audiat a/
liquid de me)id eſt in doctrina mea. Multa eñ dona dei latebant in apo
ſtolo que nō manifeſtabat. niſi ꝓut ⁊ qꝫtum ad dei gloriam ⁊ fidelium ſa/
lutem expediebat(⁊ ne magnitudo reuelationum/ Lyra. diuinarum (ex/
tollat me inſuperbiam
(datus eſt mihi ſtimulꝰ
carnis mee) Gorra. id ē
tentatō libidinis(ange
lus ſathane)id ē angelꝰ
malignus miſſus a ſa/
thana ad meā ſubuer
ſionem(qui me colaphi
zet)id eſt me affligat(ꝓ
pter quod ter dominuꝫ
rogaui vt diſcederꝫ a me
et dixit mihi ſufficit ti/
bi gratia mea( Lyra.
quaſi diceret non eſt ti/
bi neceſſarium vel vtile
qꝫ a te diſcedat tentatio
carnis(nam virtus ī in
firmitate perficit) Gor.
quia dum certat ⁊ vin/
cit roboratur ⁊ augetur
(Libenter igit gloria/
bor in infirmitatibꝫ meis) Gor. nō in vna tm̄. ſꝫ plibꝫ(vt inhabitet in me
virtus chriſti)vt grā in me cōſummet ⁊ ꝑficiat

lationum extollat me. datus eſt mihi
ſtimulus carnis mee angelus ſathane
vt me colaphizet. Propter qꝫ ter domi
num rogaui vt diſcederet a me ⁊ dixit
mihi. Sufficit tibi gratia mea. Nam
virtus in infirmitate perficitur. Libē
ter igitur gloriabor in infirmitatibus
meis vt inhabitet in me virtus chriſti

## ¶ Dominica in quinquageſima. pri/ma. Corin. xiii

FRēs. Si linguis hoīm loquar
et angelorꝫ charitatē aūt nō habe
am factus ſum velut es ſonās aut cim
balū tinniēs. Et ſi habuero ꝓphetiā et
nouerim myſteria oīa ⁊ oēm ſcientiaꝫ

¶ Poſtilla.

SI linguis hoīm loquar ⁊ angelorꝫ ⁊c. Añ initiū iſtius eplē ſcribit
ſanctus Paulus dicens. Si quid patitur vnum membrum com/
patiuntur omnia membra. Si gloriatur vnum membrum cōgau
dent omnia membra. Tunc ſequitur epiſtola hodierna Fratres. Si lin/
guis hominum loquar ⁊ angelorum. ¶ Apoſtolus in hac epiſtola maxi
me cōmendat charitatem dei ⁊ proximi. Unde epiſtola ⁊ euangelium cō/
cordant. quia euangelium dicit de paſſione domini noſtri ieſu chriſti. quō
eſt traditus. illuſus. conſputus. flagellatus. crucifixus. In qbus omnibꝫ
nobis oſtendit ſuam maximam charitatem. Joannis. xv. Maiorē cha/
ritatē nemo habet niſi vt aīam ſuam ponat qs ꝓ amicis ſuis. Silr in epi
ſtola hodierna apoſtolus Paulus oſtendit nobis vtilitatem charitatis
dicēs. (Si linguis hoīm loquar) Gor. id eſt oīm hoīm ꝑ donū linguarum
(et angelorum)ſcꝫ quod plus eſt(charitatē aūt nō habeam. factus ſum ve
lut es ſonans)ſcꝫ alijs ſeruiens ⁊ ſeipſum deſtruens (aut cimbalum tin

niens) ſcʒ alios delectans ⁊ ſeipſum conſumens (Et ſi habuero oẽm ꝓphetiam) Goꝛ. qua occulta diuĩa manifeſtantur ⁊ reuelantur (⁊ nouerim myſteria omnia) id eſt occulta veteris ⁊ noui teſtamenti (⁊ omnem ſcientiam) ſcʒ diuinam ⁊ humanam (Et ſi habuero omnem fidem) ſcʒ tam ꝑfectam (ita vt montes transferam) virtute fidei de loco ad locum (charitatem aũt non habuero nihil ſum) Lyꝛa. q̃ꝫtum adeſſe grẽ (Et ſi diſtribuero) Goꝛra id eſt pluribus diuiſero (in cibos pauperum) Goꝛra non in conuiuia diuitum (omnes facultates meas) non alienas (⁊ ſi tradidero coꝛpus meum). Goꝛra voluntarie ad martyꝛium (ita vt ardeam) id eſt ad comburendum ſicut beatus. Laurentius quod ẽ acerbiſſimuʒ martyꝛium (charitateʒ autem non habuero nihil mihi pꝛodeſt) ad vitam ęternam (charitas patiens eſt). Lyꝛa. id ẽ facit patientiam in malis ſuſtinendis (benigna eſt) id eſt facit benignitatem in bonis operandis (chaꝛitas non ęmulatur) id ẽ non inuidet. (non agit perperam) id eſt peruerſe ſcʒ impediẽdo bona ne fiant (non inflatur) contra pꝛoximũ etiam ſi pꝛoſpere ſuccedat ſibi (non ẽ ambitioſa) id ẽ alijs non vult ꝑponi (non quęrit quę ſua ſunt) tantum. ſed etiã quę alioꝛum ſunt pꝛocurat (non irritat) Goꝛra id ẽ non pꝛouocatur ad iram vel vindictam pꝛopter iniurias ſibi illatas (non cogitat malum) id ẽ non permittit hominem cogitare qualiter perficiat malum in opere (non gaudet ſuper iniquitate) Goꝛra. ſed potius dolet ſi videt aliquẽ peccare (congaudet autem veritati) id eſt verbis veritatis (omnia ſuffert) Lyꝛa. infirmitates pꝛoximi charitatiue ſuppoꝛtando (omnia credit) Goꝛra. ſcilicet quę diuinitus ſunt tradita (omnia ſperat) ſcilicet diuitus pꝛomiſſa (omnia ſuſtinet). Lyra per longanimitatem patienter expectãdo pꝛomiſſa (. Charitas nunq̃ꝫ excidit) nec in hoc ſęculo nec in futuro. ſed potius augmentabitur (. Siue pꝛophetię) ſcilicet futuroꝛum (euacuabuntur) in futuro quando omnia erunt pręſentia ſiue linguę ceſſabunt) ſcilicʒ in futuro quando non erunt diuerſę linguę ſicut iam. ſed tunc omnes vna

et habuero õnem fidem. ita vt montes transferam. charitatẽ aũt nõ habuero nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omẽs facultates meas. ⁊ ſi tradidero coꝛpus meum ita vt ardeaʒ charitatem aũt non habuero nihil mihi pdeſt. Charitas patiens eſt. benigna eſt. Charitas non ęmulatur. non agit perperam. non inflatur. non eſt ambitioſa. non quęrit quę ſua ſunt. non irritatur non cogitat malũ. non gaudet ſup iniquitate. cõgaudet autẽ veritati. oĩa ſuffert. oĩa credit. oĩa ſperat. omina ſuſtinet. charitas nunq̃ꝫ excidit. Siue ꝓphetię euacuabuntur. ſiue linguę ceſſabunt. ſiue ſcientia deſtruetur. Ex parte eẽm cognoſcimus ⁊ ex parte ꝓphetamus. Cum autẽ venerit quod ꝑfectuʒ eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Cuʒ eſſem paruulus loquebar vt paruulꝰ ſapiebam vt paruulus. cogitabam vt paruulus

et eadem lingua laudabūt deum(ſiue ſcientia )ſcʒ acquiſita(deſtruatur)q̄ꝫ
tum ad actum rōcinandi(ex parte em̄ cognoſcimus) Gorra.id eſt imper/
fecte cognoſcimus deum ꝓpter impfectionem intellectus ⁊ tenebroſitatē
preſentis ſtatus(⁊ ex parte ꝓphetamus)id ē imperfecte futura predicimꝰ.
(Cum autem venerit quod perfectum ē)id eſt futura beatitudo.(euacua/
bitur quod ex parte eſt):id eſt quod imperfectum eſt.ſcilicet ſcientia. pro/
phetia.fides. Et iam di
cta apoſtolus declarat
per ſimile de ſtatu pue/
rili imperfecto.qui ceſ/
ſat aduenientе ſtatu viri/
rili perfecto ergo dicit.
(Cum eſſem puulus).ſ.
etate(loquebar vt par/
uulus)imperfecte more
pueri balbucientis(ſapi
ebam vt vt paruulus).
ſcʒ res humanas (cogi/
tabā vt puulus)ſcʒ va/
na ⁊ inutilia(qn̄ aūt fa
ctus ſum vir.)Gor.i.p
fecte etatis(euacuaui e
a que erant paruuli) Vin.ſcʒ in loquendo cogitando ⁊ ſapiendo.(Vide/
mus nunc).id ē in preſenti deum(per ſpeculum in enigmate).id ē obſcure
hoc ē per creaturas.quia in magnitudine potentiam in pulchritudine ſa/
pientiam in vtilitate bonitatem(tunc autem)id ē in futura beatitudine.
(facie ad faciem) Lyra.id ē clare ⁊ nude videbimus diuinam eſſentiā(nūc
cognoſco)ſcʒ deum(ex parte).id ē imperfecte ⁊ obſcure.(tunc aūt) .id ē in
futuro(cognoſcam)perfecte ⁊ pn̄tialiter deum(ſicut ⁊ cognitus ſum) id ē
preuiſus cognoſcere(nunc aūt)id ē in tempore vite(manent fides)in ratio
nabili(ſpes)in iraſcibili(charitas)in ꝯcupiſcibili(tria hec Maior āt hoꝝ
ē charitas Gorra.quia ceteris decedentibus permanebit.

**Cum aūt factus ſum vir.euacuaui q̄**
**erant puuli. Videmus nūc p ſpeculū**
**in enigmate.tunc aūt facie ad faciem.**
**nunc cognoſco ex pte.tūc āt ꝯgnoſcā ſi**
**cut ⁊ cognitus ſum Nūc āt manent fi**
**des.ſpes.charitas tria hec.maior autē**
**horum eſt charitas**

¶ Dnica ꝓma in.xl.ij. Coꝛ.vi.

**F Rēs. Hortamur vos ne inua**
**cuū grāʒ dei recipiatis Ait em̄**
**Tpe accepto exaudiui te.⁊ in die ſalu/**

¶ Poſtilla.

HOrtamur vos ne inuacuum gratiam.⁊c̄. Ante initium illiꝰ Eplē
ſcribit ſanctus Paulus dicens. Omnes nos manifeſtari oportet ā
te tribunal chriſti.vt referat vnuſquiſqꝫ propria corporis prout geſſit ſi
ue bonum ſiue malum. Tunc poſtmodum ſequitur epiſtola hodierna
Et in preſepti Epiſtola hortatur nos apoſtolus ad gratie habite exercita
tionem dicens(Fratres hortamur vos). Vin.ammonitione charitatiua
inducendo(ne inuacuum gratiam dei recipiatis) Vin.gratia inuacuum
recipitur quando homo poſt peccatorum dimiſſionem ſe nō exercet in bo
nis opibus(Ait em̄)dominus Eſaie.xlix.(tempore accepto) Lyra.id ē tē
pore noue legis quod ē tps gratie(exaudiui te)id ē orantem pro pctis(in
die ſalutis)in qua poteſt homo ſalutem ſuā operari(audiui te) Lyra.ſcʒ
opera tua perficiendo(Ecce nunc tempus acceptabile. Vin.id ē ad merē
dum(ecce nunc dies ſalutis)quantum ad p̄mium conſequendū.quia nunc
ſtatim poſt obitū ſalus datur fidelibus Sed in veteri teſtamēto differe/

datur. vñ Lu. xxiij. Hodie mecum eris in paradyſo. nemini dantes vllã
offenſionem. Gorra. id ẽ neminem verbo vel facto ſcandalizantes. vt nõ.
ſupple per vos. vitupetur miniſteriũ nr̃m̃. Lyra quia mala ſubditoꝝ re
dundant in vituperiũ prelatoꝝ. ſed in õnibus exhibeamus noſmetipſos
ſicut dei miniſtros. id ẽ chriſti chriſto nos ↄformando ꝙ̃tum poſſimus
in multa patientia. Gorra. ſcilicet cordis oris ⁊ operis. in tribulationibꝰ.
ſcȝ multiplicibus. in neceſſitatibus. ſcȝ victus ⁊ veſtitus. in anguſtijs. i. in
curis. in plagis. id ẽ in veribus corporis. in carceribus. Lyra. ne poſſimꝰ
ad predicandum diſcurrere. in ſeditionibus. id ẽ in cõmotionibus popu-
li contra me. in laboribus. ſcȝ manuum. in vigilijs. in ieiunijs. in caſtita-
te. ſcȝ mentis ⁊ corporis. in ſcientia. ſcipturarum. in longanimitate. ſciliȝ

tis audiui te. Ecce nunc tp̃s accepta-
bile. Ecce nunc dies ſalutis. nemi dan
tes vllã offenſionẽ. vt non vituperetur
miniſteriũ noſtrum. ſed in omĩbus ex-
hibiamus noſmetipſos ſicut dei mi-
niſtros. In multa patientia. in tribu-
lationibus. in neceſſitatibus. in angu-
ſtijs. in plagis. in carceribus. in ſedi-
tionibus. in laboribus. in vigilijs. in
ieiunijs. in caſtitate. in ſcientia. in lõga
nimitate. in ſuauitate. in ſpiritu ſanc-
to. in charitate non ficta. in verbo ve-
ritatis. in virtute dei. Per arma iuſti-
ciẽ a dextris dei ⁊ a ſiniſtris. Per glo-
riam ⁊ ignobilitatem. per infamiam ⁊
bonam famam. vt ſeductores ⁊ vera-
ces ſicut qui ignoti ⁊ ↄgniti. Quaſi mo
rientes. Et ecce viuimus vt caſtigati ⁊

expectatione premij. in
ſuauitate. in ſpiritu ſan
cto. Lyra. qui facit ho
minem dulcem ⁊ ſuauẽ
proximo verbo ⁊ facto
in charitate non ficta.
id ẽ non ſimulata con-
tra hypocritas. in ver-
bo veritatis. ſcȝ loquen
do cum proximo. in vir
tute dei. id ẽ in deo. non
in nobis ſperando ⁊ cõ
fitendo. per arma iuſti-
ciẽ. id ẽ opa iuſticiẽ nos
protegentia. A dextris
Lyra. id ẽ ne in proſpe
ris per ſuperbiam eleue
mur. ⁊ a ſiniſtris. id eſt
ne in aduerſis deijcia-
mur. per gloriam ⁊ ig-
nobilitatem. Lyra ali
quando apl'i reputati
fuerunt ab hominibus
valde glorioſi. Et conuer
ſo aliquãdo incarcerati
fuerunt vt viles ⁊ abiecti. ſicut patet in legendis apl'orum ⁊ aliorũ ſanc-
torum. per infamiam ⁊ bonam famã. Lyra. quia ab aliquibus diceban-
tur ſeductores. Ab alijs vero dicebantur apoſtoli veritatis predicatores
vt ſeductores. ſcilicet reputati in eſtimatione malorum hominum. quia
chriſtus qui eſt veritas dictus eſt ſeductor. ¶ Mathei. xxij. et veraces. a
pud deum. ſicut qui ignoti. Lyra. id eſt reprobati a malis. quaſi morien
tes. id eſt periculis mortis expoſiti. ⁊ ecce viuimus. ſcilicet deo per fidem
⁊ grãm. vt caſtigati. Gorra flagellis ⁊ preſſuris vt ſcȝ ceſſaremus a p̃di-
catione. non mortificati. ſcȝ deſiſtendo a predicatione vel moriẽdo corpa
liter. quaſi triſtes ſcȝ reputati. ſp aũt gaudẽtes. ſcȝ veraciter in dño ſicut
egentes. id eſt mendici ⁊ pauperes. multos autẽ locupletantes. ſciliȝ diui

tr̄is ſpiritualibus(tanq̄ȝ nihil habentes) Lyra q꞉ ap̄li ꝓpter chriſtum oı̄a tp̄alia reliquerunt(omnia poſſidentes)ſcȝ non ſolum ſpiritualia ſed etiam temporalia q꞉ timentibus deum nihil eſt difficile.

non mortificati. Quaſi triſtes. ſemper aūt gaudentes ſicut egentes. multos autem locupletantes. tanq̄ȝ nihil habē tes ꝛ omnia poſſidentes.

## ¶ Dñica ſcd̄a in quadrageſima Ad theſſalonicenſes. quarto.

FRēs. rogamus vos ꝛ obſecra/mus in domino Jeſu vt quem/admodum accepiſtis a nobis q̄ modo vos oporteat ambulare ꝛ placere deo. ſic ꝛ ambuletis vt abūdetis magis. Scitis eñ que pręcepta dederim

¶ Poſtilla

ROgamus ꝛ obſecramus ꝛc. Ante initium illius epiſtolę ſcribit. ſanctus paulus dicens. Cum eſſemus apud vos ꝛ predicabamus vobis paſſuros vos tribulationes ſicut ꝛ fcm̄ eſt. Tunc ſequiť epiſtola iſta quam ſcribit ſanctus Paulus theſſalonicenſibus. Et theſſalonicenſes nominantur a ciuitate theſſalonica quę eſt metropolis in macedonia quę eſt quędam ꝑs grecię. ¶ Ubi notandum ꝙ epiſtola ꝛ euangelium concordāt. Nam euangelium dicit. de muliere chananea. quę cum clamoribus petiuit a domino ieſu chriſto ſanationem filię suę que grauiter vexabatur a demonio. Sed quia clamores ꝛ petitiones noſtras deus non exaudit niſi a mundo corde procedant Ideo apoſtolus Paulus in epiſtola hodierna ad mundationem ꝛ ſanctificatōem nos inducit ꝛ dicit (Fratres Rogamus ꝛ obſecramus vos) Uincentius. Rogare eſt ſimpliciter petere Sed obſecrare eſt cum neceſſitate rogare. ꝛ propter hoc addit apoſtolus (in domino ieſu vt quemadmodum accepiſtis a nobis) ſcilicet a me ꝛ Thimotheo ꝛ Siluano. verbo ꝛ exemplo (quomodo vos oporteat ambulare) ſcilicet proficiſcendo per viam mandatorum dei (ꝛ placere deo). Lyra caſte ꝛ munde viuendo (ſic ꝛ ambuletis). Gorra ſcilicet in bonis proficiendo. ꝛ perſeuerando (vt abundetis magis) id ē vt creſcatis in virtutibus ꝛ meritis. (Scitis enim) id eſt ſcire debetis (quę pręcepta) ſcilicet euangelica (dederim vobis per dominum Jeſum). id eſt de mandato ipſius cui ſimpliciter eſt obediendum. (Hęc enim eſt voluntas dei). Uincentius. ſcilicet bene placens. (ſanctificatio veſtra). id eſt vt ſanctificemini in virtutibus (vt abſtineatis vos a fornicatione). Lyra tanq̄ȝ a deo prohibita (vt ſciat vnuſquiſq̄ȝ veſtrum ſuum vas poſſidere). id eſt vxorem propriam (in ſanctificatione ꝛ honore). Gloſa. vt ſciat quā doq̄ȝ etiam ab vſu licito abſtinere locis ꝛ temporibus ſacris. Et etiam tempore puerperij ꝛ menſtrui (non in paſſione deſiderij) id eſt non ſemper ſatiſfaciendo deſiderijs carnis (ſicut ꝛ gentes) ſupple faciunt. (quę ignorāt deum). Uincentius per veram fidem propter quod non debetis aſſimilari eis. (Et ne quis ſupergrediatur). ſcilicet per violentiam (neq̄ȝ circumueniat) per fraudulentiam (in negocio) occulto (fratrem ſuum) id eſt proxi/

mium ſuum (quoniam vindex eſt dñs). id eſt vindictam facit (de omnibus his) id eſt de omni immundicia. de omni iniudia. ꝛ de omni fraudulentia (ſicut p̄diximus vobis) in doctrinis noſtris (ꝛ teſtificati ſumus) id eſt oſtẽdimus teſtimonio ſcripturarum (non em̄ vocauit nos deus) Uincentius per internam inſpirationem ꝛ apertam p̄dicatõem (in imundiciam) .i. vt imundicię ſeruiam⁹ (ſʒ in ſcĩficatõem) vt ſcẽ viuam⁹ ꝛ in ſcĩtate ei ſeruiamus (in chriſto ieſu dño nrõ) Uin. i. cũ auxilio ꝛ adiutorio dñi nri ieſum chriſti.

¶ Poſtilla

Eſtote imitatores dei. ꝛc. Ante initium illius epiſtolę ſcribit ſanctus Paulus dicẽs Omnis ſermo malus ex ore veſtro nõ procedat ſed ſi quis bonus eſt ad ędificationem fidei vt det gratiam audientibus. Tunc ſequitnr pręſens epiſtola. ꝛ in hac epiſtola apoſtolus Paulus proponit doctrinam exemplarem qua inducere poſſet nos ad declinationem mali ꝛ operationez boni. ꝛ proponit nobis in exemplum dñm nrm̄ ieſum xp̄m. quia ipſe ẽ exemplar veriſſimuꝫ oĩm bonoꝝ dicens (Fratres Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi) Uin. mandatis ei⁹ obtꝑando. qꝛ charus fili⁹ mãdatis p̄nalib⁹ obtꝑat ¶ Nota ꝙ ſumus filij chari propter imaginẽ creatiõis. chariores ꝓpter imaginẽ recreatiõis chariſſimi ꝓpter imaginẽ gl̃ificationis. (ꝛ ãbulate in dilectiõe) vera ꝛ reali (ſicut ꝛ chriſtus dilexit vos) ſincere ꝛ ex corde (ꝛ tradidit ſemetip̄m) nõ aliũ (pro nobis (cũ adhuc inimici erant us. Rhomanorum vi. (oblationem ꝛ hoſtiam deo) in cruce (in odorẽ ſuauitatis) Lyra quę oblatio acceptiſſima fuit deo. quia proceſſit ex maxima charitate (Fornicatio aũt) id ẽ luxuria (ꝛ omnis immũdicia) Ly. vt per hoc includantur omnia ad vitium luxurię pertinentia (aut auaricia) id ẽ immoderata cupiditas habendi tꝑalia (nec nommetur in vobis). Uin. id ẽ nõ debet famari de vobis (ſicut decet ſanctos) id eſt chriſtianos qui dicuntur ſancti quaſi ſanguine tincti. quia chriſti ſanguine redempti (aut turpido) Gorra quę fit oculis ꝛ amplexibus mulierum (aut ſtultiloquium) Uincentius. id ẽ inhoneſtus ꝛ indecens ſermo (aut ſcurrilitas). Gorra. ſcilicet in verbis iocoſis. ꝛ ad riſum prouocantibus. (quę ad rem non pertinet). Uincentius quę non eſt ędificatiua proximi nec vtilis lo/

cepta dederim vobis ꝑ dñm ieſũ. Hęc eſt em̄ voluntas dei ſanctificatio vrã. vt abſtineatis vos a fornicatiõe. vt ſciat vnuſquiſqꝫ vrm̄ ſuuꝫ vas poſſidere in ſanctificatõe ꝛ honore. non in paſſione deſiderij. ſicut ꝛ gentes q̃ ignorant deũ Et ne q̇s ſupgrediatᷣ neqꝫ circumueniat in negocio frẽm ſuum. qm̄ vindex eſt domin⁹ de his oĩb⁹: ſicut p̄diximus vobis ꝛ teſtificati ſumus Nõ em̄ vocauit nos deus in immundiciaꝫ ſed in ſanctificationem. in chriſto Jeſu domino noſtro.

¶ Dñica. iij. in. xl. Ad Ephe. v.

FRẽs Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi. ꝛ ãbulate in dilectione. ſicut ꝛ chriſtus dilexit vos ꝛ tra

quenti(ſed magis gratiarum actio)ſupple magis nominet in vobis(hoc autem ſcitote intelligentes)ſcʒ ſcripturas diuinas(quod omnis fornica/tor)id ē luxurioſus cum ſoluta(aut immundus)quocūq; alio modo luxurioſus(aut auarus)Gorra.id ē vſurpans res alienas ⁊ nimis diligens ꝓprias(quod)ſcʒ auarum eſſe(ē idolorum ſeruitus)quia cultum deo debitū offert auro ⁊ argento(non habet hereditatem in regno chriſti ⁊ dei)Gor/ra.id ē in regno cœlorum quod eſt dei ⁊ chriſti.quia homo interior reficit in viſione diuinitatis.homo exterior in viſione humanitatis chriſti.(Nemo vos ſeducat).Vlin.

didit ſemetipm̄ pro nobis. oblationē ⁊ hoſtiam deo in odorem ſuauitatis Fornicatio aūt.⁊ omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos.aut turpitudo.aut ſtultiloquiū . aut ſcurrilitas que ad rē non ꝑtinet.ſed magis gratiarum actio Hoc āt ſcitote intelligentes ꝙ omnis fornicator aut immūdus:aut auarus quod eſt idolorum ſeruitus non habet hereditatem in regno chriſti ⁊ dei Nemo vos ſeducat inanibus verbis.propter hec enī venit ira dei in filios diffi/dentię.nolite ergo effici participes eorum.Eratis enī aliqn̄ tenebrę.nunc āt lux in domino.vt filij lucis ambulate. Fructus eī lucis eſt in omni bonitate ⁊ iuſticia ⁊ veritate.

id ē ſeorſum a veritate doctrinę chriſti ducat.(inanibus verbis)id eſt perſuaſionibus decep/torijs(propter hec em̄)quę dicta ſunt ⁊ prohi/bita(venit ira dei)id eſt vindicta(in filios diffi/dentię)id ē in pctōres q̄ de ſalute propria diffi/debant(nolite ergo fie/ri ꝑticipes eorum).eos imitando(Eratis em̄ aliquando tenebrę)Ly/ra.i.inuoluti tenebris ignorantię tempore gē/tilitatis(nunc aūt).id ē poſt conuerſionem vrā ad fidem chriſti.(lux in domino)id ē lucidi fac/ti eſtis per donum gra/tię quę illuſtrat intellectū in fide(vt filij lucis ambulate) Lyra procedendo de virtute in ꝟtutem(fructus em̄ lucis). id ē ſanctę vitę ſcʒ eſt(in oī bonitate)ſcʒ cordiū(⁊ iuſticia)operum(⁊ veritate)verborum

¶Domica quarta in quadrageſima. Ab Gal.iiij.

FRẽs Scriptū eſt qm̄ Abrahā duos filios hūit.vnū de ancilla

¶Poſtilla.

SCriptum ē quoniam abraham.⁊c.Añ initium illius Eplę ſcribit ſanctus Paulus dicens.Emulamini aūt in bono ſemper.⁊ non tā tum cum p̄ſens ſum apud vos filioli mei quos iterum ꝑturio donec chri/ſtus reformetur in vobis. Tunc poſt pauca ſequitur epiſtola hodierna. Scriptum eſt quoniam abraham duos filios habuit).¶Vbi notandū ꝙ nos omnes filij dei ſumus per creationem.ſed non omnes per gratiam Et qui hic in preſenti filius dei per gratiam nō fuerit.in futuro filius glorię non erit.Et ſic duplices filios habet deus de quibus dicitur in hodierna epiſtola per typum filiorum Abrahę cum dicitur(ſcriptum eſt ei)Gen̄

xxi. quoniam Abraham duos filios habuit) Iſmahel ⁊ Iſaac (vnum) ſcꝫ Iſmahelem (de ancilla) ſcꝫ Agar. que erat ancilla Sare vxoris Abrahe (⁊ vnuꝫ de libera) ſcꝫ de vxore propria. ſcꝫ Iſaac quē Sara genuit (ſed is qui de ancilla) id ē Iſmahel (ſm carnem natus ē) id ē per modum naturalem ſicut alij homines. ⁊ ſine vlla promiſſione natus ē (qui aūt de libera) id ē de vxore propria ſcꝫ Iſaac (per repromiſſionem) ſcꝫ diuinam quia ex promiſſione angeli. Sara concepit. ⁊ cum miraculo. quia pater centum annorum erat. ⁊ mater nonaginta annorum (que ſunt ꝑ allegoriam dicta). i. ꝑ ſenſum alterum ꝙ̄ videntur verba ſonare. quia iam dicta dn̄t intelligi myſtice. quia myſticum ſenſum hn̄t. ¶ Pro quo notandum ꝙ ē quadruplex ſacre ſcripture ſenſus. Hiſtoricus qn̄ ſcḿ narratur. Tropoloicus cum ex his que facta ſunt aliqua facienda oñduntur. Allegoricus cū ꝑ id qđ factū eſt aliqđ futurꝫ itelligit. Anagoric⁹ ſm Aug⁹. ē ꝑ quē de ſupnis ⁊ eternis tractatur. Uer. Lrā geſta docet qđ credas allegoria. Moralꝭ quid agas. quo tendis anagoria (Hec em̄ ſūt) id ē ſnt (duo teſtamēta) ſcꝫ vet⁹ ⁊ nouū (vnū quidem) datum ſcꝫ vet⁹ teſtamentū (in mōte. Syna) ſcꝫ qn̄ dn̄s dedit p̄cepta ipſi Moyſi in duabꝰ tabulis lapideis (in ſeruitutē generās) . ſup. iudeos. q̄ timore pene et promiſſione temporaliū ſeruierūt ⁊ obedierūt deo nō filialꝛ ſꝫ ſuiliter (q̄ ē Agar) i. q̄ ſcatꝭ per agar ācillā. (Syna em̄ mōs eſt in Arabia) ſcꝫ minori ſm Haymonē q̄ ſuā magitudīe diuerſas ꝓuincias tangit et ſua extremitate vicinus eſt terre promiſſionis (qui cōiunctus eſt) id ē vicinus eſt (ei) ſcꝫ terre ꝓmiſſionis (que nunc eſt hierl'm. ⁊ ſeruit cū filijs ſuis) Ly. i. cum iudeis in ſeruitute legis (Illa aūt hieruſalem). i. eccleſia de gētibus congregata (q̄ ſurſum eſt) quo ad effectōem vel ſpem cœleſtiū (libera eſt). Glin. id ē in libertate euangelij poſita eſt (que ē mater nrā) ſcꝫ ſpūalꝛ nos generās ꝑ baptiſmū (de qua ſcriptū eſt) Eſaie. liiij. (Letare ſterilis q̄ nō paris) Lyra. id eſt eccleſia gentiū. de qua venit chriſtianitas q̄ erat ſterilis ab opibus bonis an̄ aduentū chrī (erumpe) ſcꝫ ꝙ̄tum ad gaudiū intrīſecū (⁊ clama) ꝙ̄tum ad gaudiū extrinſecum (que non parturis) Hortā ad gn̄anduꝫ filios chriſto non conaris (quia multi filij deſerte) id eſt de ſeruitute gentili-

et vnū de libera. Sꝫ qui de ancilla ſm carnē natus ē Qui āt de libera ꝑ repromiſſionē. Que ſunt ꝑ allegoriam dicta Hec em̄ ſunt duo teſtamēta. Unū quidem in monte ſyna in ſeruitutem generās q̄ eſt Agar. Syna ei mons eſt in arabia q̄ ꝯiūctus ē ei q̄ nūc eſt hierl'm et ſeruit cū filijs ſuis. Illa autē q̄ ſurſum eſt hierl'm libera eſt q̄ eſt mr̄ nrā. Scriptū eſt em̄. Letare ſterilis q̄ non paris erūpe ⁊ clama que nō ꝑturis. qꝛ multi filij deſerte magis ꝙ̄ eius q̄ habet virū. Nos āt frēs ſm Iſaac promiſſiōis filij ſumus. ſed quō tūc is q̄ ſm carnem nat⁹ fuerat ꝑſeq̄batur eū qui ſm ſpm̄ ita ⁊ nūc. Sed quid dt ſcriptura. eijce ancillā ⁊ filiū eius. Non em̄ heres erit

ratis ad chriſtum conuerſę quę ante erat deſerta a deo propter eius idolatriam (magis q̄ eius quę habet virum) id ē ſynagogę quę in monte ſynai deſponſata fuit deo in ſuſceptione legis quia ſicut mulier regitur a viro. ſic ⁊ iudei in veteri teſtamēto regebantur per legem moyſi. (Nos autem fratres) ſcȝ chriſtiani (ſm Iſaac id ē ad ſimilitudinem eius (promiſſionis filij ſumus) ſcȝ geniti per gratiam in baptiſmo (ſed quomodo) id ē quēadmodum (tunc is) id ē iſmahel (qui ſm carnē natus fuerat perſequebatur eum qui ſm ſpiritum) id ē Iſaac qui ſm ꝓmiſſionem ſcȝ ſpūſſancti ex matre ſterili natus ē (ita ⁊ nūc) id ē in pn̄ti mali ꝑſequuntur bonos/ Sed quid dr̄ (ſcriptura) Gen̄. xxi. (Ejce ancilā) id ē ſynagogā (⁊ filiū ei⁹) id ē quēlibet de ſynagoga. Gor. id ē ad lrām. Cum eīn vidiſſet Sara iſmahel ludentē cum filio ſuo Iſaac. ⁊ non placuiſſet ei ludus iſte. dixit Abrahę Ejce ancillam ⁊ filium eius qui āmohitus a dn̄o acquieuit ei. ⁊ eiecit Agar et iſmahel Per qđ figuratū fuit ꝙ ſynagoga cū cerimonialibus ⁊ obſeruatōibus ſuis a conſortio fidelium erat in aduentu chrī abijcienda (Nō ei heres erit filius ancillę) Gor. i. iude⁹ fili⁹ ſynagogę (cū filio liberę) id ē cū chriſtiano filio eccleſię. In bonis ei tpalibus ꝑmixti ſunt mali cum bonis. immo qn̄qȝ mali plus hn̄t de tpalibus. ſed in hereditate ſoli boni ꝑticipant. vn̄ Abraham filijs ꝯcubinarum largitus eſt munera. ſed Iſaac ſeruauit hereditatem. Gen̄. xxv. Itaqȝ fratres non ſumus ancillę filij) Gorra. id ē ſynagogę vt ſeruiam⁹ legi ⁊ ſeruituti legalium ſubiecti (ſed liberę). id ē eccleſię militantis (qua libertate) ſcilicet a ſeruitute legis (chriſtus nos liberauit) Lyra. qui per ſuam benedictam paſſionem legalia euacuauit.

filius ancillę cū filio liberę. Itaqȝ frēs nō ſumus ācillę filij: ſed liberę. qua libertate chriſtus nos liberauit.

**Dn̄ica in paſſiōe dn̄i ad Heb. ix.**

FRēs. Chriſtus aſſiſtēs pōtifex futuroꝝ bonoꝝ peramplius et perfectius tabernaculum nō manufactū. id ē nō huius creatōis. neqȝ ꝑ ſanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ. ſȝ ꝑ ꝓprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta eterna redēptione inuēta. Si ei ſāguis hircorum ⁊ thaurorum. ⁊ cinis vitule

**¶ Poſtilla.**

FRatres. Chriſtus aſſiſtens pontifex. ⁊c. Ante initium illius Ep̄lę ſcribit ſcūs Paulus di. ꝙ erat in veteri teſtamēto tabernaculū factum p̄mū. in quo erāt cādelabra ⁊ menſa ⁊ ꝓpoſitio panū. qđ dr̄ ſcā Poſt ſecundū tabernaculū quod dicit̄ ſancta ſanctoꝝ. aureum habens thuribulum ⁊ arcam teſtamenti circumtectā ex omni parte auro. in qua erat vrna aurea ⁊ manna ⁊ virga aaron quę frōduit ⁊ tabulę teſtamēti In p̄ori quidē tabernaculo ſemper introibant ſaccrdotes ſacrificioꝝ officia ꝯſummātes In ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex non ſine ſanguine quem offerret pro ſua ⁊ populi ignorantia. Quę parabola eſt temporis inſtantis. Tunc ſequitur. Epiſtola hodierna in qua agitur de chriſti ſanguinis aſperſione ⁊ ſuę mortis paſſione. Et oſtendit Paulus efficatiam

dominicē paſſionis in redemptōe humani gnīs dicēs (Chriſtus aſſiſtens) ſcꝫ deo prī ad interpellandū pro nobis. vn̄ Joā. ij. Aduocatū habemus apud prēm chriſtū Jeſum qui eſt ꝓpiciatio pro pctīs nrīs (pontifex) Gorra ad hoſtiā pro nobis offerendā ⁊ dator (futuroꝝ bonorū) ſcꝫ grē ⁊ glē. ps̄ lxxxiij. Grām ⁊ glām dabit dn̄s. Iſte (introiuit tabernaculū) id ē cœlum (peramplius. i. valde amplum. qꝛ plures capit ſcꝫ oēs ſanctos (⁊ perfectius tabernaculum) Lyra. qꝛ fuit tabernaculū Moyſi. qd̄ fuit mobile ⁊ portabile de loco ad locum. Iſtud aūt eſt immobile ⁊ ęternū (nō manufactū) id eſt nō huius creatōis. i. humanę factionis. ſed ope diuino creatū eſt cœlum (neqꝫ per ſanguinē hircoꝝ. aut vitulorū) ſicut intrabat pontifex veteris teſtamēti (ſed p ꝓprium ſanguinem) quē pro nobis effudit (introiuit) in aſcēſione (ſemel) Lyra. qꝛ totū tps nō eſt niſi vnus annus reſpectu pōtificatus chriſti ⁊ ideo exquo ſemel intrauit ſemp eſt ibi (in ſcā). i. in cœlum. (ęterna redemptione inuēta) Vlin. quę nō poterat inueniri in veteri teſtamento (Si em̄ ſanguis hircoꝝ ⁊ tauroꝝ ⁊ cinis vitulę) mixtus aqua (aſpſus) qui ſignificabat futuram paſſionē chriſti (inquinatos ſanctificat ad emundatōem carnis) Gor. i. pœnę carnalis ſm legem. Omnis em̄ aīa quę tetigerat morticinū immūda erat ſeptem diebus. ita vt nō liceret ei ingredi tabernaculū. p aſperſionem em̄ aquę expiationis mundabat quo ad emundatōem carnis qꝛ animā emūdare non poterat (q̄tomagis ſanguis chriſti q̄ p ſpiritū ſanctum) ſcꝫ iubentē (ſemetipm obtulit) voluntarie (immaculatū) id ē abſqꝫ omi peccato (deo) patri (emūdauit) id eſt pfecte mūdauit (cōſcientiam noſtrā) id eſt nō ſolū carnem ſed etiā animaꝫ (ab operibus mortuis) Vlin. id eſt a pctīs mortalibus quę dicuntur opera mortua. quia auferunt vitam gratię ⁊ faciūt obnoxium mortis ęternę (ad ſeruiendum deo viuenti). i. ſimus apti ⁊ idonei ſeruitores dei viuentis (⁊ ideo) Jeſus chriſtus (noui teſtamenti mediator eſt) inter deum ⁊ homines (vt morte intercedente) Lyra. id eſt chriſti morte interueniente. per quā nouum teſtamentū eſt confirmatū. qꝛ chriſti paſſio fuit noui teſtamenti cōfirmatio (in redemptōem earum p̄uaricationum) id eſt tranſgreſſionum (quę erant ſub priori teſtamento) id eſt in veteri teſtamento quas p̄uaricatōes vetus teſtamentū auferre nō poterat. ſed per chriſti mortem ſunt ablatę (repromiſſionem ęternę hereditatis) id eſt ęternā hereditatē ſępe ꝓmiſſam (accipiāt p efficaciaꝫ paſſionis chriſti (qui vocati ſunt) Vlin. id eſt q̄ p̄deſtinati ſunt ad ęternam vitam (In chriſto Jeſu domino noſtro) ¶ Poſtilla.

aſpſus inq̄natos ſanctificat ad emundationē carnis. quātomagis ſanguis chriſti q̄ p ſpm̄ ſcm̄ ſemetipm obtulit immaculatū deo emūdauit cōſciētiaꝫ noſtrā ab opibꝫ mortuis ad ſeruiēdū deo viuēti. Et ideo noui teſtamēti mediator eſt: vt morte intercedēte in redēptionem earū p̄uaricationū quę erant ſub priori teſtamēto repromiſſionē accipiāt q̄ vocati ſunt ęternę hereditatis In chriſto ieſu domino noſtro

¶ Dn̄ica in ramis palmaꝝ ad Phi. ij.

# Pagina

Hoc ſentite in vobis ⁊c̄. Ante initium illius epiſtolę ſcribit ſan/
ctus Paulus dicens. Implete gaudium meum vt idem ſapiatis
eandem charitatem habentes. nihil per contentionem agentes neq̄ per
inanem gloꝛiam. ſed in humilitate ſuperioꝛes inter ſe inuicem arbitran/
tes. Tunc ſequitur epiſtola hodierna. Hoc ſentite in vobis q̄d ⁊ in chꝛi/
ſto i eſu. Ubi ſciendum ꝙ ſequens ſeptimana maioꝛ vocatur. eo ꝙ maius
et pꝛolixius habet officium. ⁊ per hoc nobis datur intelligi ꝙ iſto ſacra/
tiſſimo tempoꝛe magis q̄ȝ alijs tempoꝛibus deo ſeruire debemus. Item
dicitur ſancta quoniam in ea impij iuſtificantur. quia in ea penitentes ab
ſoluuntur ⁊ eccleſię recōciliantur. Item dicitur pœnoſa. qꝛ dominus no/
ſter ieſus chꝛiſtus in ea laboꝛauit. ⁊ pœnas pꝛo nobis ſuſtinuit. ⁊ nos per
ſuam amaram paſſionem redemit. Idcirco apoſtolus Paulus in hac epi
ſtola hoꝛtatur nos ad chꝛiſti imitationem dicens. Fratres Hoc ſentite.
Hoꝛra. id eſt experimento agnoſcite. in vobis. ſcȝ mēbꝛis qꝛ mēbꝛa debēt

Fratres Hoc ſentite in vobis
quod ⁊ in chꝛiſto ieſu. Qui cū
in foꝛma dei eſſet nō rapinam
arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo ſed
ſemetipſm̄ exinaniuit foꝛmam ſerui ac
cipiens in ſimilitudinem hominuȝ fa
ctus ⁊ habitu inuentus vt homo Hu
miliauit ſemetipſm̄ factus obediens
vſq̄ȝ ad moꝛtem. moꝛtem autē crucis
Pꝛopter quod ⁊ deus exaltauit illū ⁊
donauit illi nomē q̄d eſt ſup oē nomen
vt in noīe ieſu oīe genu flectatur cęle

ſentire doloꝛem capitis
quod ⁊ in chꝛiſto ieſu. ſ.
qui fuit humilis. quam
humilitatē habere debe
tis iteriꝰ ī coꝛde. ⁊ nō ſo
luȝ exterius ſicut hypo
critę (Qui) ſcȝ chꝛiſtus
(cum in foꝛma dei eſſet)
id eſt vnus in eſſentia
cum deo patre (nō rapi
nam arbitratus ē) dicen
do (eſſe ſe ęqualē deo) ſcȝ
pꝛī ſ̄ȝ diuinā naturā. ſi
cut āgelꝰ lucifer ⁊ pꝛimi
parētes q̇ ſ̄ȝ Augꝰ. vo/
luerūt rape diuītatē. ⁊ p
diderūt fœlicitatē (ſȝ ſe/
metipſum exinaniuit. id ē maxime humiliauit. foꝛmā ſerui accipiēs Uin
centius. id ē humanitatem aſſumens in qua nobis ſeruiret in ſimilitudi/
nem hominum factus. ſcilicet paſſibilis ⁊ moꝛtalis ſimilis alijs homini
bus ⁊ alios defectus naturę humanę aſſumendo. ⁊ habitu. id ē in conuer
ſatione. inuentus. ſupple eſt. vt homo. quia inter homines duxit vitam
communem. Lucę ſeptimo. Uenit filius hominis manducans ⁊ bibēs.
humiliauit ſemetipſum. Lyra. ad dandum nobis exemplum. factus obe
diens. ſcilicet deo patri. vſq̄ȝ ad moꝛtem, moꝛtem autem crucis. ¶ Hoꝛra.
quę erat pœna latronum. Sapientię ſcđo. Moꝛte turpiſſima condemne
mus eum. pꝛopter quod ⁊ deus. ſcȝ pater. exaltauit illum. Lyra in ſua re
ſurrectione ⁊ aſcenſione chꝛiſtus gloꝛiam ſui coꝛpoꝛis ⁊ eius exaltationeȝ
ad cœlos meruit per ſuam paſſionem. Et donauit illi nomen quod eſt ſu/
per omne nomen. Hoꝛra. hoc nomen ſcȝ deus. vt ſcilicet ille qui eſt homo
dicatur deus. ⁊ veraciter ſit. vt in nomine ieſu omne genu flectatur cœle
ſtium terreſtrium ⁊ infernoꝛum. Lyra. id eſt vt omnes ſibi exhibeant re/
uerentiam. angeli homines ⁊ demones. Et omnis lingua confiteantur.

ſcilicet corporalis ⁊ ſpiritualis. ideſt humana ⁊ angelica. quia dominus ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris. Lyra. quia ſcdm deitatem eſt vna gloria patris ⁊ filij.

ſtium. terreſtrium. ⁊ infernorum. Et omnis lingua cõfiteatur. qꝛ dñs ieſus chriſtus in gloria eſt dei patris

In die paſche primo. Corinthiorũ quinto.

FRatres Expurgate vetus fermentũ vt ſitis noua conſperſio ſicut eſtis azimi. Etenim paſcha noſtrũ immolatus ẽ chriſtus. itaq; epulemur non in fermẽto veteri. neq; in fermẽto malicie ⁊ nequicie. ſed in azimis ſinceritatis ⁊ veritatis

Poſtilla.

EXpurgate vetus fermentum vt ſitis noua ⁊c. Ante initium illius epiſtole ſcribit ſanctus Paulus dicens. Neſcitis quia modicũ fermentum totam maſſam corrumpit. Tunc ſequitur epiſtola hodierna. Ubi notandum ꝙ hoc tempore chriſtus tranſiuit a mortalitate ad immortalitatem. ad quam etiam in generali reſurrectione facit nos tranſire qui paſcha digne celebramus ⁊ digne communicamus. Et ad hoc monet nos apoſtolus in preſenti epiſtola dicens (Expurgate vetus fermentum) id eſt corruptionem cuiuſlibet peccati mortalis. Sciendum ꝙ per fermentum hic apoſtolus intelligit peccatum ꝗa ſicut fermentum corporale ſi diu manet ĩ maſſa antequã ex eo fit panis totam maſſam corrumpit ⁊ immutat facitq; ipſam acidam. Sic ipſum peccatum totam maſſam generis humani corrupit in tranſgreſſione primi hominis. Et adhuc immutat hominem ⁊ opera. Et vocatur peccatum hic vetus fermentum. qꝛ facit homines fieri ſimiles ade. facitq; nos diſſimiles ieſu chriſto. cuius vita erat in nouitate ſanctitatis ⁊ veritatis ⁊ gratie (vt ſitis) id eſt eſſe poſſitis (noua conſperſio) id eſt munda farina ⁊ alba aqua gratie conglutinata. Eſt autem conſperſio farina per aquam conglutinata ſine fermento ⁊ ſignificat chriſtifideles aqua baptiſmatis ablutos in charitate conglutinatos. Nota vetus fermentum dicitur dye olde ſuerdeych. Noua conſperſio dye nye beſprenginghe (ſicut eſtis azimi) id eſt ſicut fuiſtis in baptiſmo ſine fermento peccati puri effecti ſic maneatis. quaſi diceret. Uos tenemini eſſe noua conſperſio. quia facti eſtis azimi. id eſt puri in baptiſmo (etenim) id eſt propterea (chriſtus) qui eſt (paſcha noſtrum) id eſt verus agnus paſchalis (immolatus eſt) ſupple in cruce corporaliter. ⁊ in altari ſacramẽtaliter (itaq;) id eſt propterea (epulemur) id eſt manducemus cibum iſtum (non in fermento veteri) Uincentius. id eſt in conſcientia alicuius peccati mortalis (neq; in fermento nequicie ⁊ malicie) Thomas. malicia peccatuz dicitur quod quis committit in alium. Nequicia in ſemetipſum (ſed in azimis) Borra. id eſt in puritate (ſinceritatis) ſcilicet ad deum (et veritatis) ad proximum.

Poſtilla.

# Pagina

STans petrus in medio plębis ꝛc. Añ initiũ illius ep̄l'ę ſcribit ſan
ctus Lucas ꝙ ſcũs Petrus apl's dixit. In veritate comperi quo/
niam nõ eſt pſonarum acceptoꝛ deus ſed in om̃i gẽte quę timeteum ꝛ ope
ratur iuſticiam acceptus eſt illi. Tũc ſeqtur pñs ep̄l'a (In dieb⁹ ill' Stãs
petrus in medio plębis dixit. Uiri fratres vos ſcitis) Lyra. qꝛ inter iudę
os habitaſtis (quod factum eſt verbum) Uin. id eſt res ꝑ verbũ ſignata (ꝑ
vniuerſam iudęam. In
cipiens eĩ a galilęa) ibi
incepit ieſus p̄dicare. vt
habet Lucę. iiij. (poſt
baptiſmũ) qꝛ ante nõ le
gitur publice prędicaſſe
ꝙ pręedicauit Joannes
ieſum a nazareth. id eſt
quod myſterium chꝛiſti
venturi ioannes pręedi/
cauit vt patet in euãge
lijs. quomodo vnxit eũ
deus. ſcꝫ ieſum in huma
na natura. ſpiritu ſanc/
to. id eſt plenitudĩe gra
tię. ꝛ virtute. in operatõ
ne miraculoꝛum. Qui ꝑ
tranſiuit benefaciendo.
quãtum ad informatio
nem populi. ꝛ ſanando.
mente ꝛ coꝛpoꝛe. omnes
oppreſſos a diabolo q̊/
niam deus erat cum il/
lo. per plenitudinez gra
tię. Et nos teſtes ſum⁹
omnium quę fecit in regione iudęoꝛum ꝛ hieruſalem quem occiderunt ſuſ
pendentes in ligno. Hunc deus ſuſcitauit tercia die ꝛ dedit eum manife/
ſtum fieri. Lyra. per multa argumenta reſurrectionem ſuam declarando
non omni populo. ſed teſtibus pręoꝛdinatis a deo. ¶ Lyra. Reſurrectio
chꝛiſti pꝛimo manifeſtata eſt apoſtolis ꝛ exiſtentibus cum ipſis per quos
poſtmodum alijs manifeſtata eſt. nobis qui manducauimus ꝛ bibimus
cum illo ad declarandam veritatem ſuę reſurrectionis. poſtꝙ̃ reſurrexit
a moꝛtuis ꝛ p̄cepit nobis pręedicare populo. ꝛ teſtificari. quia ipſe eſt qui
cõſtitutus eſt a deo. ſcilicet patre. iudex viuoꝛum id eſt iuſtoꝛum ſcilicet q̊
viuunt vita gratię. ꝛ moꝛtuoꝛum. id eſt iniquoꝛum qui moꝛtui ſunt moꝛ
te culpę pꝛopter quod dicitur Joannis ſexto. Pater omne iudicium dedit
filio. huic omnes pꝛophetę teſtimonium perhibent. quaſi diceret. Nos ſo
li non ſumus teſtes eius ſed etiam omnes pꝛophetę antiqui diuinitus in
ſpirati qui pꝛophetauerunt de chꝛiſto. remiſſionem peccatoꝛum accipere
per nomen eius. Joannis ſecundo Quicunꝗ inuocauerit nomen domini
ſaluus erit. omnes qui credunt in eum. Gloſa oꝛdĩaria. fide cuꝫ operibus

¶ Feria ſcda paſche ¶ Actuũ. x.

IN diebus illis. Stans petr⁹
in medio plębis dixit. Uiri
fratres vos ſcitis qd̊ factum ē
verbum per vniuerſam iudęam Inci
piens em̃ a galilęa poſt baptiſmuꝫ qd̊
pręedicauit Joãnes Jeſuꝫ a nazareth
quõ vnxit eũ deus ſpũſctõ. ꝛ virtute q̊
pertrãſiuit bñfaciẽdo ꝛ ſanãdo om̃es
oppꝛeſſos a diabolo. qm̃ deus erat cũ
illo. Et nos teſtes ſumus oĩm quę fe/
cit in regione iudęoꝛum ꝛ hieruſalem
quẽ occiderũt ſuſpendentes in ligno.
Hũc deus ſuſcitauit tercia die. Et de
dit eũ manifeſtũ fieri nõ omni populo
ſed teſtibus pręoꝛdinatis a deo nobis
qui mãducauimus ꝛ bibimus cũ il/
lo poſtꝙ̃ reſurrexit a moꝛtuis. Et pręe

nomen domini ſaluus erit(omnnes qui credunt in eum)Gloſa ordinaria
fide cum operibus

¶ Poſtilla

SUrgens paulus ⁊ manu ſilentium indicens Ante initium iſtius
eplē ſcribit ſcūs Lucas.ꝙ ſanctus Paulus dixit iudeis.Quomō
olim filij iſrael poſtulauerunt ſibi regem ⁊ dedit illi deus Saul filiuz eis
virum de tribu beniamin annis.xl.Et poſt hunc dedit illis Dauid regē
de cuius ſemine natus eſt chriſtus ſaluator p̄dicante ioanne añ aduentuz
eius baptiſmum penitentię omni populo iſrael.Cum autem impleret Jo
annes curſum ſuum di
cebat.Quem me arbi/
tramini eſſe nō ſum ego
Sed ecce venit poſt me
cuius non ſum dignus
calciamenta pedum ſol
uere Tunc ſequitur epi
ſtola p̄ſens(In diebus
illis.Surgeus paulus
et manu ſilentium indi
cens)Ly.vt meliꝰ in tā
ta multitudine audiret
(ait Uiri fratres filij ge
neris abraham.⁊ qui in
vobis timent deum vo
bis verbū)ſcꝫ incarnatū
(ſalutis huius miſſum
eſt)ſcilicet principaliter
Tum quia ieſus chri/
ſtus iudeis in ꝓpria per
ſona predicauit.Tum
quia in medio iudeę.ſcꝫ
in hieruſalem opatus ē
ſalutem(Qui em̄ habi
tant hierl'm)Ly.ꝗ̄tuꝫ
ad vulgares(⁊ pricipes

cepit nobis predicare populo.⁊ teſtifi
cari.quia ipſe eſt qui conſtitutus eſt a
deo iudex viuorum ⁊ mortuorū.Hu
ic omnes prophetę teſtimonium per/
hibent remiſſionem peccatorum acci
pere per nomen eius omnes qui cre/
dunt in eum.

¶ Feria tercia paſchę ¶ Actuū.xiij.

IN diebus illis Surgens pau
lus ⁊ manu ſilentiū indicēs ait
Uiri frēs filij generis abrahā ⁊ qui in
vobis timent deum.vobis verbū ſalu
tis huius miſſum eſt.Qui em̄ habitāt
hieruſalem ⁊ p̄ncipes eius hunc igno
rantes.⁊ voces ꝓphetarum quę p̱ om
ne ſabbatum leguntur.iudicantes im
pleuerunt.Et nullam cauſam mortis
inuenientes in eo .petierunt a pylato
vt interficerent eum.Cumq̨ conſum/

eius)ꝗ̄tum ad maiores(ignorantes hunc)ſcilicet Jeſum nazarenum eſſe
chriſtum verum deum ⁊ ſaluatorem hominum(⁊ voces ꝓphetarum quę
per omne ſabbatum leguntur iudicantes)ſcꝫ ieſum morte eſſe dignū(im/
pleuerunt)ꝓphetias predictas de eius paſſione.ſm quod dicitur Eſa.liij.
Tanq̄ ouis ad occiſionem ducetur.Item Hieremię ix.Ego quaſi agnꝰ
manſuetus qui portatur ad victimam(⁊ nullam cauſam mortis inuenien
tes in eo)Sicut patet in euangelio.⁊ pilati teſtimonio(petierunt a pila/
to vt interficerent eum)per milites ipſius.Et licet primo reſtiterit tamen
finaliter petitioni eorum acquieuit iudeorum fauore ⁊ cęſaris timore(Cū
q̨ conſummaſſent omnia)ſcꝫ ipſi peruerſi iudei(quę de eo)ſcilicet chriſto
(ſcripta erant.deponentes eum de ligno)ſcilicet boni iudei Joſeph de ari
mathia ⁊ Nycodemus(poſuerunt eum in monumēto.Deus vero)ſcilicet

pater(ſuſcitauit eum)id eſt hoīem chriſtū)a mortuis tercia die.qui viſus
eſt)viuens(ꝑ dies multos)id ē quadraginta(his)id ē ap̄lis(qui ſimul aſcē
derant cū eo de galilea,in hieruſalē qui vſq̄ nunc ſunt teſtes eius ad plebē
per opationem miraculorum in nomīe ipſius(ꝛ nos vobis annūciamus
eam quę ad patres noſtros repromiſſio facta eſt)ſcȝ de chriſti incarnatiōe
et paſſione.ꝛ eius reſurrectōe(qm̄ hāc deus adimpleuit filijs vrīs.reſuſci/
tans ieſum chriſtū dn̄m noſtrum) ¶.Poſtilla

APeriēs petrus os ſuum dixit ꝛc̄.Añ initiū illius ep̄lę ſcribit ſan
ctus Lucas in eodē cap̄lo ꝙ ſcūs Petrus dixit ad quendā virum
claudum ex vtero matris ſuę.Argentum ꝛ auꝝ nō eſt mihi.qđ aūt habeo
hoc tibi do.In nomīe ieſu nazareni ſurge ꝛ ambula.Qui ſtatim ſurrexit
et ambulauit.Et omnis pp̄ls ammirabatur in eo qđ cōtigerat illi.Tūc
ſtatim ſeq̄tur ep̄la hodierna(In dieb᷒ illis.Aperiēs petrus os ſuuȝ dixit
Viri iſrahelitę ꝛ qui timetis deum audite.Deus abrahā.ꝛ deus iſaac.et
deus iacob) Ly.vtitur hoc mō loquēdi .q2 cōmunis erat apud iudęos in
aſſertionib᷒ ꝟitatis ta/
liter iurare(deus patrū
noſtroꝝ)qui ē omnipo/
tēs(glorificauit filiū ſu
um Jeſum)eū reſuſcitā
do.ꝛ ad ſuam dexteraȝ
collocādo(quē vos ꝗdē
tradidiſtis).ſ.pilato ad
interficiēdū (ꝛ negaſtis
añ faciē pilati )dicendo.
nō hēmus regē niſi cęſa
rē(iudicāte illo)ſcȝ pila
to(dimitti) ſupple debe
re ieſum ſicut innocēteȝ
Joā.xix.(Vos āt ſctm̄
et iuſtū negaſtis.ꝛ peti/
ſtis viꝝ homicidam do
nari vob)ſcȝ Barrabā
qui ꝓpter ſeditōem ꝛ ho
micidiū miſſus erat in
carcerē(auctorē ꝟo vitę)
ſcȝ ſpūalis ꝛ corꝑalis(in/
terfeciſtis)in humanita
te aſſumpta(quē de᷒ ſuſ
citauit a mortuis(ꝑ ſu/
am omnipotentiam(cuius nos teſtes ſumus)quia comedimus ꝛ bibim᷒
cum eo poſt reſurrectionem ſuam(ꝛ nunc fratres) Lyra.dulciter eos allo
quitur vt verbum eius magis recipiatur(ſcio quia per ignorantiam feci
ſtis ſicut ꝛ principes veſtri) Lyra.alia tamen fuit ignorantia hic ꝛ ibi
Nam principes qui erant litterati per ſcripturas quę p̄dictę erāt de chrō
per eius opa.primo cognouerūt de ieſu nazareno ꝙ erat chriſtus in lege ꝛ
prophetis p̄miſſus.ſed quia cœpit p̄dicare contra vitia eorū publice.con

maſſent omnia quę de eo ſcripta erant
Deponētes eum de ligno:poſuerūt in
monumento.Deus ꝟo ſuſcitauit eū a
mortuis tercia die.qui viſus eſt ꝑ dies
multos his qui ſimul aſcenderāt cum
eo de galilea in hieruſalē:qui vſq̄ nūc
ſunt teſtes ei᷒ ad plebē.Et nos vobis
annūciamus eā q̄ ad patres nrōs rep
miſſio facta ē.qm̄ hanc deus adimple
uit filijs veſtris reſuſcitās Jeſuȝ chri
ſtum dominum noſtrum

¶Feria quarta paſchę. Actuū.iij.

IN diebus illis. Aperiens pe/
trus os ſuum dixit. Viri iſra/
helitę ꝛ qui timetis deum audite.De᷒
abraham.ꝛ deus iſaac. ꝛ deus iacob.
deus patrum noſtrorum glorificauit
filium ſuum ieſum quē vos ꝗdē tradi

ceperunt cōtra eū inuidiā ꝛ odiuꝫ. ꝛ ſic in eis fuit ſubuerſa dicta noticia. qꝛ corruptio affectōis corrumpit iudicium rationis. ꝛ in augmentum ſue malicie deceperunt populum ſimplicem inducentes eum ad petendū mortem chriſti. vt habetur Mat. xxvij. Principes aūt ſacerdotuꝫ ꝛ ſeniores perſuaſerunt populis vt peterent barrabam Jeſum vero perderent. Et ſic patet q̄ ignorantia principum fuit multo grauior q̄ꝫ populorum(De/

diſtis ꝛ negaſtis ante faciē pilati iudicante illo dimitti. Uos aūt ſcm̄ ꝛ iuſtum negaſtis. ꝛ petiſtis virū homicidam donari vobis. auctoreꝫ vero vite interfeciſtis. quē deꝰ ſuſcitauit a mortuis. cuius nos teſtes ſumus Et nunc fratres ſcio qꝛ ꝑ ignorantiā feciſtis: ſicut ꝛ p̄ncipes veſtri. Deꝰ aūt q̄ p̄nūciauit ꝑ os oīm ꝓphetaꝝ pati chriſtum ſuum ſic impleuit. Penitemini igit̄ ꝛ cōuertimini vt deleant̄ pctā veſtra

us autē qui p̄nunciauit per os oīm ꝓphetarum) Glo. ordi. Uno ore locuti ſunt omnes ꝓphete de chriſto(pati chriſtuꝫ ſuū ſic impleuit Penitemini igitur) quia feciſtis per ignorantiam(et conuertimini) de malis veſtris(vt deleantur peccata veſtra)

¶ Dn̄ica p̄ma poſt paſcha. Joānis. v

Chariſſimi. Omne quod natum eſt ex deo vincit munduꝫ Et hec eſt victoria que vincit mundū fides noſtra. Quis eſt autem qui vincit mundum: niſi qui credit quoniam Jeſus eſt filius dei? Hic eſt qui ve/

¶ Poſtilla

Omne qđ natum eſt ex deo vincit. ꝛc. Añ initiū illius ep̄le ſcri. ſcūs Joannes dicēs Hec eſt enim charitas dei vt mandata eius cuſtodiamus ꝛ mandata eius grauia non ſunt. Tunc ſeq̄tur ep̄la p̄ns. Omne quod natum eſt ex deo ꝛc. In illa epiſtola ſanctus Joannes cōmendat fidem catholicam. quia nihil ea potentius nec nobilius. nec vtilius. nec verius. nec certius. Sicut patet in textu ꝛ gloſa p̄ntis ep̄le. Uñ dicit(Omne qđ natuꝫ eſt ex deo) Uin. ſpūali generatōe. Hec aūt ſpūalis natiuitas fit per duo. Primo baptiſmali lauacro. Secūdo ſpirituali remedio (vincit mnduꝫ) Lyra. Tētationes diaboli ꝛ ꝑſecutiones mundi(Et hec eſt victoria que vincit mundum) Uincen. Qua temptatio humana ſupatur(fides noſtra per fidem em̄ habitat chriſtus in cordibꝰ fideliū in quo ē victoria(Quis eſt aūt qui vincit mundū niſi qui credit qm̄ Jeſus ē filius dei?) ſcilicet naturalis ꝛ eiuſdem nature cū eo(Hic eſt qui venit) ſupple ad ſaluanduꝫ homines(per aquā) baptiſmi(ꝛ ſanguinē) paſſionis ꝛ redēptōis(ieſus chriſtus. Nō in aqua ſolū) Uin. id ē nō ſolū ſanctificauit aquā baptiſmi( ſed in aqua ꝛ ſanguine) que fluxerūt de latere eius in cruce. dedit etiam ꝟtutem ceteris ſacramentis. Joan. xix. Unus militū lancea latus eius ꝑforauit ꝛ cōtinuo exiuit ſanguis ꝛ aqua(Et ſpūſſcūs eſt qui teſtificatur) id ē teſtimonium dedit(quoniā chriſtus ē veritas). i. verus deus et verus homo(Quia tres ſunt qui teſtimonium dant in coelo). Uin. de diuinitate

chriſti(pater verbum ꝛ ſpiritus ſanctus) Pater in babtiſmo chriſti dedit teſtimonium de deitate chriſti vbi vox patris audita eſt Hic eſt filius meus dilectus. Matthei.iij. Item in monte transfigurationis quando iterum vox patris audita eſt. Hic eſt filius meus dilectus. Matthei.xvij. Similiter verbum vnitum carni in vtero virginis teſtimoniū dedit ſuę deitatis. Primo naſcendo de virgine ſine corruptione virginis. Secundo in humanitate multa miracula faciendo.quę ſoli deo competebant. Similiter ſpiritusſanctus teſtimonium dedit de deitate chriſti in baptiſmo qñ in ſpecie columbę ſuper eum deſcendit(ꝛ hi tres vnum ſunt)q̄ītuꝫ ad eſſentię vnitatem(ꝛ tres ſunt qui teſtimonium dant in terra)ſupple de humanitate chriſti quę de terra formata eſt ſcđm carnem(ſpiritus)id eſt anima quam emiſit in cruce(aqua ꝛ ſanguis)quę fluxerunt de latere eius pendētis in cruce(Si teſtimonium hominum accipimus) Lyra.tanquā ſufficiens in rebus humanis. Vñ de hoc habet Deuteronomij.xix. In ore duorum vł trium teſtium ſtabit omne verbum(teſtimonium dei) ſcꝫ patris(maius eſt q̄niam hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt quia teſtificatus eſt de filio ſuo)ſcꝫ ī baptiſmo et trāſfiguratione ſicut iam dictum eſt(qui credit in filium dei habet teſtimonium dei patris in ſe)q̄ verum teſtificatus ſit de filio ſuo.

nit per aquam ꝛ ſanguinem ieſus chriſtus. Non in aqua ſolum ſed in aqua et ſanguine. Et ſpiritus eſt qui teſtificatur quoniam chriſtus eſt veritas. Quia tres ſunt qui teſtimonium dāt in cęlo pater. verbum. ꝛ ſpiritusſanct⁹ et hi tres vnum ſunt. Et tres ſunt qui teſtimonium dant in terra. ſpiritus. aqua. ꝛ ſanguis. Si teſtimonium hominum accipimus: teſtimonium dei maius eſt. Quoniam hoc eſt teſtimonium dei quod maius eſt. quia teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium dei habet teſtimonium dei patris in ſe.

¶ Dominica ſecunda poſt feſtum paſchę. prima Petri. ij.

Chariſſimi. Chriſt⁹ paſſus ē p nobis vob relinquēs exēplū vt

¶ Poſtilla

Chriſtus paſſus eſt pro nobis ꝛc. Añ initiū illius epłę ſcribit ſcūs Petr⁹ di. Serui ſubditi eſtote in oī timore dñis vris:nō tm̄ bonis ꝛ modeſtis:ſꝫ etiā diſcol'. Hęc ē eniꝫ grā dei in chrō ieſu. Tūc ſeq̄tur pñs epła:in q̄ ſcūs Petr⁹ ꝓponit nob chriſti paſſionē.q2 iā paſchali tp̄e plus ſeuit hoſtis nr̄ diabol⁹ ꝯtra nos vt nos econuerſo in ſuam redigat ptātem.ſed paſſio chriſti ē ſcutū cōtra omnia temptamēta vitiorum. Armamur aūt per chriſti paſſionem cōtra ſuperbiam.quia chriſtus humilis ꝛ abiectus nudus ꝛ nouiſſimus virorum in cruce pependit. Item contra auariciam qui tantum proprium non habuit vbi caput ſuum reclinaret. Matthei octauo. Item contra gulā. q̄a aceto ꝛ felle potatus. Item contra luxuriam q2 flagellatus eſt ꝛ eum ſpi

nis coronatuu. Item contra accidiam. quia exultauit vt gigas ad curren
dam viam. Psal. xviij. ſcilicet paſſionis. Item contra iram. qꝛ male eum
tractantibus nō cōminabit. Item ꝯtra inuidiam. qꝛ ꝑ ſuis crucifixoribꝰ
orauit. Unde epiſtola ꝛ euangelium cōcordant. quia euāgelium loquitur
de bono paſtore. ſimiliter epiſtola dicit quomodo chriſtus pro ouibus ſu
is mortuus eſt. Unde petrus apoſtolus dicit in verbis premiſſis (Chriſ
tus paſſus eſt pro nobis) Vincentius. id ē pœnam mortis eterne huma/

ſequamini veſtigia eius. Qui peccatū
nō fecit nec inuentus eſt dolus in ore e
ius Qui cum malediceretur non ma/
ledicebat Cum pateretur non cōmina
batur Tradebat aūt iudicanti ſe iniu/
ſte. Qui peccata noſtra ipſe pertulit in
corpore ſuo ſuper lignum. vt peccatis
mortui iuſticie viuamus. cuius liuore
ſanati eſtis. Eratis enī ſicut oues errā
tes. ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorē
ꝛ epiſcopum animarum veſtrarum.

no generi debitam exol
uit per ſuam paſſionem
(vobis relinquens exē
plum) quod ſemper attē
dere ꝛ aſpicere debetis
vt ſequamini veſtigia e
ius) Vincentius. q̄ fue
erunt vie humilitatis
patientie ꝛ obedientie
ꝛ charitatꝰ vſqꝫ ad mor
tem (qui peccatum non
fecit) Vincentius. im/
mo nec facere potuit qꝛ
deus erat (nec inuentus
eſt dolus in ore eius) id
eſt in ſermone eius qui
a veritas eſt (qui cum malediceretur) Gorra. id ē blaſphemaretur in cruce
pendens quando iudei dixerunt. Uach qui deſtruis templum dei. Si fili
us dei es deſcende nunc de cruce. Alios ſaluos fecit. ſeipſum non poteſt ſal
uum facere (non maledicebat) ſed orabat patrem pro eis. pater ignoſce il/
lis quia neſciunt quid faciunt. Luce. xxiij. (Cum pateretur) Vincentius
mortis ſupplicium in cruce (non comminabatur). ſupple crucifixoribus
ſuis qer eternam pœnam vel temporalem. ſed plus ſalutem eorum ſitie/
bat dicens. ſitio. Joannis. xix. (Tradebat autem) id ē tradi ſe permit/
tebat ſponte (iudicanti ſe iniuſte). Lyra. id ē pilato qui iudeorum fauore
ꝛ ceſaris timore condemnauit eum iniuſte ad mortem (qui peccata noſtra
ipſe pertulit in corpore ſuo). Lyra. pœnam pro ipſis debitam ſuſtinen/
do (ſuper lignum) crucis in quo affixus erat. Et hoc fecit ideo (vt peccatis
mortui) id ē a peccatis ſeparati (iuſticie viuamus) ſcilicet chriſto ieſu (cuiꝰ
liuore) id ē paſſione (ſanati eſtis) a peccatorum infirmitatibus (eratis enī
aliquando) id ē ante conuerſionem (ſicut oues errantes) Gorra. ſine paſto
re / (ſed conuerſi eſtis nunc) ſcilicet ſpirituſancto cooperante (ad paſtorem)
id ē ad chriſtum qui paſcit vos corpore ꝛ ſanguine ſuo (ꝛ epiſcopum ani/
marum veſtrarum). Lyra. earum ſaluti ſuper intendendo et eas a malo
cuſtodiendo.

¶ Sequitur dominica tercia Poſtilla

Obſecro vos tanqꝫ aduenas. ꝛc. Ante initium illius epiſtole ſcri
bit ſanctus Petrus dicens. Qui aliquando non populus dei. nūc
autem populus dei. Qui non conſecuti miſericordiam. nunc au/
tem miſericordiam conſecuti Tunc ſtatim ſequitur preſens epiſtola (Ob

ſecro vos.ꝛc.) Sed ex quo modo eſt tempus magis aptum medicinis corporalibus. Iſto modo habet ſe eccleſia iſto tempore quod eſt aptum medicine ſpirituali que multo plus eſt deſideranda ꝛ querenda quam medicina corporalis. quia ſanitatem eternam conſeruat. Et oſtendit nobis magnum medicum animarum beatum Petrum. cuius medicinam ſi fuerimus imitati quaꝫ nobis in epiſtola hodierna proponit eternaliter ſani erimus Et ad iſtam medicinam ſumendam. maxime illo tempore hortatur nos idem medicus beatus. Petrus apoſtolus dicens. (Obſecro vos tanquam aduenas ꝛ peregrinos) Lyra. ſcilicet a ciuitate cœleſti. Heb. xiij. Non habemus hic manentem ciuitateꝫ ſꝫ futuram inquirimus. i deo peregrini ſumus. (abſtinete vos a carnalibus deſiderijs) id eſt ab his que carnis ſunt. ſicut opera gule. luxurie (que militant aduerſus animam) reddentes eam fetidã. immo mortem eternam inferunt. Apoſtolus. Si ſm carnem vixeritis moriemini. Rhomanorum. viij. (conuerſationem veſtram inter gentes) id eſt inter viuentes gentiliter. quia multi chriſtiani gentiliter viuunt. licet fideꝫ habeant. tamen non opera (habentes bonam). non ad propriam laudem ſed ad laudem dei ꝛ proximi edificationem (vt in eo quod detractãt de vobis). Vincentius. detractorie loquuntur de vobis (tanquam de malefactoribus) ac ſi eſſetis malefactores (ex bonis operibus) que facitis. (vos conſiderantes) id eſt diligentius intuentes (glorificent deum) omnis boni auctorem (in die viſitationis) id eſt in die iudicij. que erit in futuro quando viſitabuntur boni premio. mali ſupplicio (ſubiecti eſtote omni humane creature) id eſt omni homini in poteſtate conſtituto (propter deum) Vincentius. id eſt in cognitione iſtius quoniam omnis poteſtas ſit a deo (ſiue regi quaſi precellenti) id eſt qui eſt maior precellens alios in dignitate ꝛ poteſtate (ſiue ducibus) id eſt inferioribus rectoribus (tanquam ab eo) id eſt rege (miſſis ad vindictam) id eſt pœnam (malefactorum laudem vero bonorum) id eſt remunerationis glorie (Quia ſic eſt voluntas dei) ſcilicꝫ vt ita faciatis (vt benefacientes) id eſt bene conuerſantes (obmuteſcere faciatis) ſcilicet ſubtrahendo illis materiam loquendi ꝛ detrahendi (imprudentium hominum ignorantiam) quia ignorantes bonitatem veſtram detra-

## Dominica tercia poſt feſtum paſche primo. Petri. ij.

Chariſſimi. Obſecro vos tanquam aduenas ꝛ peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſiderijs que militant aduerſus animam. Conuerſationem veſtraꝫ inter gentes habentes bonam vt in eo quod detractant de vobis tanquam de malefactoribus. ex bonis operibus vos conſiderãtes glorificent deuꝫ in die viſitationis Subiecti eſtote omni humane creature propter deum Siue regi quaſi precellenti. ſiue ducibus tanquam ab eo miſſis ad vindictaꝫ malefactorum. laudem vero bonorum. quia ſic eſt voluntas dei. vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentiuꝫ hominum

hent vobis(quaſi liberi)ſcꝫ ex oratione non ex timore ſeruiatis( ꝛ non q̃
ſi velamen habentes malicię libertatem)Uincentius vt ſic libertas eſſet
vobis occaſio ꝛ excuſatio mala in peccatis.vt ſcꝫ tanto liberius peccare/
tis q̃to minus iugo ſeruitutis premimini(ſed ſicut ſerui dei)humiliter ſer
uientes(omnes honorate)vnumquẽqꝫ ſm ſtatum ſuum honore reueren/
tię(fraternitatem diligite)id eſt fratribus affectuoſam dilectionem corde

ignorantiam Quaſi liberi ꝛ non quaſi
velamen hñtes malicię libertatẽ ſed ſi
cut ſerui dei. Oẽs honorate fraternita
tem diligite.deum timete.regẽ honori/
ficate.ſerui ſubditi eſtote in om̃i timo/
re dñis.nõ tantũ bonis ꝛ modeſtis ſed
etiaꝫ diſcholis Hęc ẽ em̃ grã dei in chri
ſto ieſu dño nrõ

ore ꝛ opere exhibete(de
um timete)ſcilicet timo
re filiali non ſeruili( re/
gem honorificate). Ly
ra.inquantum gerit ꝑ/
ſonam dei (ſerui ſubdi/
ti)id eſt obedientes( eſ/
tote in omni timore) id
eſt in reuerentia(domi/
nis)ſupple veſtris ( non
tantum bonis )id eſt vir
tuoſis( ꝛ modeſtis. ſed
etiam diſcholis) .id eſt
indiſciplinatis. ( hęc eſt
enim gratia dei) Lyra.
id eſt res gratioſa coraꝫ
deo (in chriſto ieſu do/
mino noſtro)

¶Dñica.iiij.poſt paſcha.Jacobi.p̊.

Chariſſimi. Oẽ datum optimũ
ꝛ om̃e donũ ꝑfectũ deſurſum eſt

¶Poſtilla.

Omne datum optimum ꝛ omnꝫ donum perfectum.ꝛc̃. Ante ini/
tium illius epiſtolę ſcribit ſanctus Jacobus dicens. Peccatum
cum conſummatum fuerit generat mortem ¶Nolite itaqꝫ errare
fratres mei dilectiſſimi. Sequitur ſtatim preſens epiſtola in qua ſancta
mater eccleſia oſtendit per verba beati Jacobi apoſtoli ꝙ medicina ſpiri
tualis nullibi querenda ſit niſi apud deum datorem eius a quo deſcendit
ꝛ hęc medicina eſt optima quia ad optimam ꝛ ęternam ſanitatem perdu/
cit vitę ęternę.vbi eſt clara viſio ęternę trinitatis in qua omnia cognoſ/
cuntur. Unde dicit(Omne datum optimum)quod eſt bonum meritori/
um faciens hominem vitę ęternę dignum ꝛ omne donum perfectum).id
eſt bonum glorię quo habito nil remanet imperfectum.(deſurſum eſt).
Gorra.a deo non ab homine(deſcendens a patre luminum) Uincenti/
us.a quo omnis homo illuminatur. Joannis.p̊. Erat lux vera quę illu/
minat omnem hominem venienteꝫ in hunc mundũ(apud quẽ nõ eſt trãſ
mutatio)qꝛ oĩno immutabilis eſt. Malachię.iij .Ego deus ꝛ nõ mutor
(nec viciſſitudis obumbratio) Uin.i.obſcuratio intelligẽtię ꝑ ſucceſſio/
nes ↄgnitionũ ſicut fit in nobis.qꝛ ipſe vna ꝛ eadẽ ſciã ꝛ ↄgnitione õnia
intelligit. Gorra. Non em̃ ſuccedunt in eo viciſſim bona ꝛ mala.quia ſo/
la bona dat mala autem culpę non dat. Gloſa interlinialis. Ubi vi/
ciſſitudo ibi ꝛ bona ꝛ mala.ſed ipſe ſola bona dat.(voluntarie em̃).id eſt
gratis ſine meritis(genuit nos)filio grẽ qui ṗus eramus filij irę(verbo ve/
ritatis)ideſt euangelij chriſti qui veritas eſt(vt ſimus initium aliquod)id
eſt caput(creaturę eius)ſcꝫ principatum habendo in omnibus creaturis

# Pagina

eius inferioribus recuperando principatum p̱ grām quem primi paren/
tes perdiderunt p̱ culpam(Scitis).i.ſcire debetis(fratres mei dilectiſſi/
mi)ſcꝫ hoc qḋ(Sit omnis homo velox ad audiendum)ea q̄ ſunt ſalutis
tardus aūt ad loquendū.id ē cauere ſe debet a multiloquio.quia Sapien
tię.x.dꝛ In multiloquio non deerit pctm̄.⁊ tardus ad iram.Ly.Nam
ira mentis oculū excecat Catho.Ira īpedit aīm ne poſſit cernere verum
ira em̄ viri.Gorra.i.fortis⁊ deliberata.Non dꝛ ira pueri q̄ cito tranſit.
iuſticiā dei nō oꝑatur.Glin.i.impedit executionē iuſticię.propter quod
abijcientes omnem immundiciam.Vincentius.id eſt peccatum carnis
⁊ abundantiam malicię.id eſt omne peccatum mortale quod efficit ho/
minem malum.in manſuetudine.id eſt in omni tranquillitate animi.ſuſ
cipite in ſitum verbum
Gor.i.vbū fidei qḋ mē
tibꝫ humanis debet in/
ſeri. Guil.Sicut enim
ramuſculus qui trūco
agreſti inſeritur.totuꝫ
truncum operari facit
ſecundum naturam ſu
am.⁊ cum prius nō fer
ret niſi fructus agreſtes
ſolis porcis vtiles.po/
ſtea fert fructus homi/
nibꝫ delectabiles. Sic
homo qui ante ſuſcep/
tionem verbi dei inuti
lis erat faciens oꝑa cuꝫ
quibus porci īfernales
paſcuntur.Poſt ſuſce/
ptionem verbi dei erit
arbor ferens fructū gra
tum deo ⁊ hominibus
⁊ angelis.Quod poteſt
ſaluare animas vrās.
Guil.Verbum dei po
tens eſt ſaluare animas
in preſenti ⁊ in futuro.
In pn̄ti a morte culpę.
vn̄ Pſal.cxviij.In cor/
de meo abſcondi eloq/
a tua vt non peccem tibi.In futuro vero a morte gehennę.Joannis.viij
Amen amen dico vobis ſi quis ſermonem meum ſeruauerit.mortem nō
videbit in ęternum.

deſcēdens a patre luminū apud quem
nō eſt tranſmutatio.nec viciſſitudinis
obūbratio.voluntarie enī genuit nos
verbo veritatis.vt ſimus initium ali/
quod creaturę eius. Scitis frēs mei
dilectiſſimi. Sit āt omis hō velox ad
audiendum.tardus āt ad loquendū.⁊
tardus ad iram.Ira enī viri iuſticiam
dei non oꝑatur.Propter qḋ abijcien/
tes omnem immundiciam ⁊ abundā/
tiam malicię in manſuetudine ſuſcipi/
te inſitum verbum.quod poteſt ſalua/
re animas veſtras.

¶ Domica.v.poſt paſcha ſcilicet ro/
gationum Jacobi.p̄mo.

Charissimi.Eſtote factores ver
bi dei ⁊ non auditores tm̄ fallē
tes voſmetipſos qꝛ ſi quis auditor eſt
verbi ⁊ nō factor.hic ꝯparabitur viro cō
ſideranti vultum natiuitatis ſuę in ſpe
culo. Conſiderauit enim ſe ⁊ abijt.⁊
ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui

¶ Poſtilla.

Eſtote factores vbū dei ⁊ nō auditores.⁊c̄.Añ initium illius epl'ę
ſcribit ſcūs Jaco.di.Sit oīs hō velox ad audiēdū.tardus ad loqn̄
dū.⁊ tardus ad irā.Tunc ſequitur epla hodierna.(Eſtote factores verbi)

Ad proficiendum in bono neceſſarium eſt audire verbum dei ſicut in pre
cedenti dominica dictum eſt. Sed quia modicum valet audire verbū dei
niſi opere compleatur. Ideo in preſenti epiſtola ſanctus Jacobus nos in
ſtruit vt qđ nos audimus ꝑ opera cōpleamus dicens (Eſtote factores v/
bi dei) Vin id eſt ſcđm verbum dei operamini (ꝛ non auditores tantum)
Gloſa. Nō ſolo auditu ꝑcipite verbum ſed opere implete (fallētes voſmet
ipſos) Gloſa. Si ꝑ ſolum auditum vos ſaluandos putatis (quia ſi quis
auditor eſt verbi dei ꝛ non factor hic cōparabitur viro conſideranti vul/
tum natiuitatis ſue in ſpeculo) Gorra. quē non habet a natiuitate vł a na
tura ſcʒ vultum corporalem in qua natus eſt (conſiderauit em̄ ſe) id eſt i/

autem perſpexerit in lege perfecte li/
bertatis et permanſerit in ea. non au/
ditor obliuioſus factus. ſʒ factor ope
ris hic beatus in facto ſuo erit. Si qs
autem putat ſe religioſum eſſe non re
frenans linguam ſuam ſed ſeducens
cor ſuum. huius vana eſt religio. Re/
ligio munda ꝛ immaculata apud de/
um ꝛ patrem. hec eſt viſitare pupil/
los ꝛ viduas in tribulatione eorum.
et immaculatum ſe cuſtodire ab hoc
ſeculo.

maginem ſuaʒ (ꝛ abijt)
ſupple ad negocia ſua a
uertendo ſe a ſpeculo (et
ſtatim oblitus eſt qua/
lis fuerit) ſupple diſpoſi
tio vultus ſui. Gor. pro
tanto ponitur hic hec ſi
militudo. quia ſicut ni/
hil prodeſt homī in ſpe
culo vidiſſe maculam
ſui vultus ſi illam non
abſtergit ſic homini ni
hil prodeſt audire ver/
bum p̄dicationis niſi il
lud impleat ope. ¶ No
ta verbū predicationis
eſt ſicut ſpeculū in quo
cognoſcit homo defectus ſuos (Qui autem proſpexerit in lege perfecte li
bertatis) i d eſt in lege euangelica que dicitur lex libertatis. quia reſtituit
libertatem a culpa in preſenti per gratiam iuſtificationis ꝛ a miſeria in fu
turo per gloriam immortalitatis (ꝛ permanſerit in ea) ſecundū eam viuē
do (non auditor obliuioſus factus ſed factor operis) ſcilicet implendo qđ
docet euangelium (hic beatus in facto ſuo) id eſt ex opere ſuo (erit. Si quis
autem putat ſe religioſum eſſe) Lyra. id eſt verum ꝛ perfectum chriſtianū
eſſe (non refrenans linguam ſuam) Vincentius. a verbis impudicicie. de/
tractionis. maledictionis. blaſphemie ꝛ mendacij (ſed ſeducens cor ſuum)
in hoc ꝙ putat ſe hoc eſſe in corde quod non eſt in re (huius vana eſt reli/
gio) nihil habens in ſe veritatis (religio) Gorra. chriſtiana (munda) ſcilicʒ
in cordis intentione (ꝛ immaculata) in operis executione (apud deum ꝛ pa
trem) ſcilicet accepta (hec eſt viſitare pupillos) corporaliter in conſolatio/
ne verborum. ꝛ erogatione numerum ꝛ protectione malorum (ꝛ viduas
in tribulatione eorum) ſcilicet tam corporali ꝙ̄ ſpirituali (ꝛ immaculatuʒ
ſe cuſtodire ab hoc ſeculo) inquinato. Lyra. ſenſus eſt ꝙ religio chriſtia/
na eſt exercere ſe in operibus miſericordie erga proximum. ꝛ in operibus
mundicie erga ſeipſum.

¶ Poſtilla.

Confitemini alterutrū pctā ꝛc. An initiū illius eplē ſcribit ſcūs
Jacobus dicens. Infirmatur quis in vobis inducat preſbyteros

eccleſię vt orent ſuper eum vngentes cum oleo in nomine domini. Et oratio fidei ſaluabit infirmum ⁊ alleuiabit eum dominus. Et ſi in peccatis ſit dimittentur ei. Tunc ſequitur pręſens epiſtola (Confitemini alterutrū peccata ueſtra) non aliena (⁊ orate pro inuicem) Nicolaus de lyra. Nam confeſſor tenetur orare pro confitente. et econuerſo (vt ſaluemini) quia petendum eſt quod pertinet ad ſalutem (Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua) Nicolaus gorra. Non peccatoris. quia peccatores non ſunt digni vt exaudiantur. Joannis; nono. Scimus quoniam peccatores deus non exaudit (Helias erat homo ſimilis nobis paſſibilis) id eſt fragilis. nam timore mortis fugit a facie hieſabelis tercio Regum decimonono. quia nondum in paradyſum fuit tranſlatus (et oratione) ſcilicet vna (orauit) corde ⁊ ore. (vt non plueret ſup terram) ſcilicet iſrael ſpecialiter (⁊ non pluit ānos tres ⁊ menſes ſex) Lyra nam propter maliciam regis achab fuit illa plaga inducta ad domandam ipſius ſuperbiam et idolatrię duriciam. (Et rurſuȝ orauit) Gloſa ordinaria. poſtquam per tanti temporis inediam cor regis ⁊ populi ad penitentiam inflexum vidit. Tūc (⁊ rurſum orauit ⁊ cœlum dedit pluuiam ⁊ terra dedit fructum ſuum)

Feria ſecunda rogationum. Jacobi vltimo.

Chariſſimi. Confitemini alterutrum peccata veſtra orate pro inuicē vt ſaluemini. Multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis. ⁊ oratione orauit vt non plueret ſuper terram ⁊ non pluit annos tres ⁊ menſes ſex. Et rurſum orauit ⁊ cęlum dedit pluuiam ⁊ terra dedit fructum ſuum. Fratres mei ſi quis ex vobis errauerit a veritate. et conuerterit quis eum ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitę ſuę ſaluabit animam eius a morte. et operit multitudinem peccatorum.

Si ergo Helias vna oratione tanta impetrauit. quid ergo multi fideles multis orationibus impetrare non valent (Fratres mei ſi quis ex vobis errauerit a veritate) Lyra. fidei vel morum (et conuerterit quis eum) Nicolaus de lyra. id eſt ad viam veritatis reduxerit (ſcire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitę ſuę) Nicolaus gorra. id eſt vitę. Nam vita noſtra eſt quędam via. aut in infernum. ſi eſt mala aut in paradyſum. ſi eſt bona (ſaluabit animam eius a morte) Nicolaus gorra. id eſt ęterna. Si magnę mercedis eſt a morte eripere corpus cito moriturum quanti meriti eſt a morte liberare animam in cœleſti patria ſine fine victuram (Et operit multitudinem peccatorum) ab aſpectu eterni iudicis. ad ea punienda.

Sequitur de aſcenſione domini noſtri.

Poſtilla.

PRimum quidem sermonē feci ꝛc. ¶ Notanduz ꝙ christus domi
nus noster ascendere volens. Primo discipulis suis apparuit et
eos de incredulitate eorū redarguit ꝛ cū eis comedit ꝛ eos extra ci
per hoc eſt alleuiat ille qui patitur cū pcipit alios ſibi cōpatientes. vt de phūs. ij. rhetoricoꝝ (fraternitatis amatores) id eſt fraterne vnitatis ꝛ cō cordie cōſeruatores (miſericordes) ſcȝ elemoſynas indigentibꝰ tribuendo (modeſti) ſcȝ in oībꝰ debitum modū ſeruando (humiles). ſcȝ oīa bona deo attribuendo ꝛ nihil vobis (nō reddētes malū pro malo) in factis iniurio ſis (nec maledictū pro maledicto) verbis ꝯtētioſis (ſed ecōtrario bñdicen tes) verbis benignis ꝛ pacificis (qꝛ in hoc vocati eſtis) ſcȝ ad fidem chriſti (vt bñdictionem) ſcȝ dei de qua dr Mat. xxv Venite bñdicti pr̄is mei. ꝛc. (hereditate poſſideatis) ſcȝ cœlēſte regnū qđ nō dat maledicis. Unde apl's. Neq̄ maledici ne q̄ rapaces regnum dei poſſidebunt (q̄ eni vult vitā diligere) ſcȝ vitā beatā in qua null' morit. (ꝛ videre dies bonos). ſ. in beatitudine cœleſti vbi dies noctibꝰ nō interrumpunt faciat ſcȝ qđ ſeqtur (coerceat linguā ſuā a malo) id ē a malo colloqo in apto Vñ p. Coꝝ. xv. Corrumpunt bonos mores colloqa praua (ꝛ labia eius ne loquant dolum) id ē malum in occulto pximū decipiendo (declinet aūt a malo) in ope. (ꝛ faciat bonū) He ei ſunt due ptes iuſticie (inquirat pacem (cū pximo etiam iniurioſo (ꝛ ſequat eā) ſcȝ pfecte (quia oculi dñi ſup iuſtos) ad remunerandū (ꝛ aures eius) id ē volūtates (in pces eoꝝ) exaudiendi (vultus aūt dm̄) ſcȝ ire ꝛ indignatōis (ſuper facientes mala) ad puniendū eos (ꝛ quis eſt) hō vel etiā diabolus: (qui vobis noceat id ē nocere poſſet ſcȝ a bono violenter retrahendo. q. d. nullus (ſi boni) Nota boni eſt hic gtī caſus (emulatores) id ē amatores (fueritis. Sed ꝛ ſi quid) id ē modicū (patimini) in pn̄ti tpe (ꝑpter iuſticiam beati) eſtis iam in ſpe tandem in re. vt dr Mat. v. Beati qui pſecutōem patiuntur ꝑpter iuſticiam. qm̄ ipſoꝝ ē regnū cœloꝝ (Timorē aūt eoꝝ ne timueritis) Lyra. id ē timorem deijcientē a bono ꝟtutis (vt non ꝯturbemini). impatienter aduerſa ſuſtinendo (dñm aūt chriſtum ſcificate) id ē firmate (in cordibus vr̄is) id ē ſibi firmiter adherendo.

trario bñdicentes. qꝛ in hoc vocati eſtis: vt benedictionē hereditate poſſideatis. Qui eni vult vitam diligere ꝛ videre dies bonos. coerceat linguam ſuā a malo ꝛ labia eius ne loquantur dolū declinet aūt a malo ꝛ faciat bonum. Inquirat pacem ꝛ ſequatur eam quia oculi domini ſup iuſtos. ꝛ aures eius in pces eoꝝ. vultus aūt domini ſup faciētes mala. Et quis eſt q̄ vobis noceat ſi boni emulatores fueritis. Sed ꝛ ſi qđ patimini ꝑpter iuſticiam beati. Timorem āt eoꝝ ne timueritis vt nō ꝯturbemini. Dñm aūt chriſtū ſanctificate in cordibus veſtris.

¶ Dñica ſexta poſt feſtum trinitatis.

Rhomanorum. vi.

FRēs. quicūq̄ baptizati ſumꝰ in chriſto ieſu. i morte xp̄iꝰ baptiza

¶ Poſtilla.

QUicūq̄ baptizati ſumus in chriſto Jeſu. ꝛc. Añ initiū illius epl'e

# Pagina

ſcribit ſanctus Paulus dicens. Ubi abūdauit delictum ſuꝑabundauit et grā. Et ſicut regnauit peccatum in morte. ſic ⁊ gratia regnat ꝑ iuſticiā in vitam eternam ꝑ Jeſum chriſtum dn̄m noſtꝝ. Tūc ſequitur Epiſtola hodierna in qua apoſtolus hortatur nos ad vitę ꝑfectionē quę ↄſiſtit in hoc. ꝙ peccatis mortui ſoli deo viuamus. Unde dicit (Fratres Quicūqȝ baptizati ſumus) id ē nos cuiuſcūqȝ cōditionis ⁊ ſexus fuerimus (in chrō Jeſu) id ē in forma tradita a chriſto in euangelio. Mat. vltimo. Euntes in mundū vniuerſum prędicate euangelium omni creaturę baptizantes eos in noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti. Illa forma verborum non debet

ti ſumus. Cōſepulti eñ ſumus cū illo per baptiſmuȝ in mortem. vt quomodo ſurrexit chriſtus a mortuis ꝑ gloriā patris. ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus. Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius. ſimul et reſurrectionis erimus. Hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur corpus peccati. vt vltra non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt iuſtificatus eſt a peccato. Si autem mortui ſumus cū chri

mutari. ⁊ nihil debet addi vel minui (in morte ipſius baptizati ſumus). id eſt in virtute mortis ipſius. Baptiſmus eñ habet virtutē ex paſſione chriſti. In cuius ſignum de latere ipſius chriſti exiuit ſanguis ⁊ aqua. vt patet. Joannis. xix. vt ſignificaret quod aqua baptiſmi habet virtutem a ſanguine paſſionis chriſti (Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmuȝ in mortem) quaſi diceret. in baptiſmo ſimiles ſumus morti chriſti. ¶ Ubi notandum qđ baptiſmus tenet ſimilitudinem mortis chriſti in tribus. Primo quia baptiſmus totum baptizatum in ſe concludit ⁊ tegit. ſicut ſepultura totum chriſtum incluſit. Secundo quia ſicut triduo fuit ibi incluſus ſic fit trina immerſio in baptiſmo niſi vſus aliter habeat. Tercio quia ſicut ſepultᵃ plene quieſcit ab omni moleſtia. ſic baptizatus ab omni culpa ⁊ pœna q̄ a totum relaxatur in baptiſmo (vt quomodo ſurrexit chriſtus a mortuis) id eſt a loco mortuorum ſcilicet de ſepulchro (per gloriam dei patris) id eſt ad laudem ⁊ gloriam dei patris. (ita ⁊ nos in nouitate vitę ambulemus de bono in melius proficiendo (ſi enim complantati) Uincentius. id ē firmiter adherentes chriſto ſicut radix plantę adheret (facti ſumus ſimilitudini mortis eius) id eſt ſicut chriſtus poſt mortem reſurrexit corporaliter ſic ⁊ nos poſtquam ſemel mortui fuerimus peccato. debemus fieri noui homines ſpiritualiter (ſimul ⁊ reſurrectionis erimus) id eſt ſicut ipſe ſurrexit a morte pœnę ad vitam glorię. ſic ⁊ nos a morte culpę ad vitam gratię (hoc ſcientes quia vetus homo noſter) id eſt fomes peccati quem ab adam qui eſt vetus homo traximus (ſimul crucifixus) id eſt delibutus eſt in baptiſmo vt iam nos cogere non poſſit ad peccandum. (vt deſtruatur corpus peccati). id eſt congeries prauorum operum (vt vltra non ſeruiamus peccato) ſed deo. quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Mat. vi. qui enim mortuus eſt peccato) Lyra. id eſt configuratus morti chriſti

per baptiſmum(iuſtificatus eſt a peccato)quia baptiſmus delet' culpam ⁊ pœnam(ſi autem mortui ſumus cum chriſto credimus quia ſimul etiã viuemus cum eo).Gorra ſcilicet in gloria cœleſti((ſcientes ꝙ chriſtus re/ ſurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur). Lyra.quia ſurrexit ad vitam immortalez (ꝙ em̄ mortuus eſt peccato)ſci licet chriſtus pro peccato tollendo.(mortuus eſt ſemel).quia vnica mors chriſti ſufficit ad tollendum omnia peccata preterita;preſentia ⁊ futura.

ſto credimus quia ſimul etiam viue/ mus cum eo. Scientes ꝙ chriſtus re/ ſurgens ex mortuis iam non moritur mors illi vltra non dominabitur.quod enim mortuus eſt peccato mortuus ē ſemel Quod autem viuit viuit deo.ita et vos exiſtimate vos.mortuos quidē eſſe peccato;viuentes autez deo in chri ſto Jeſu domino noſtro.

¶Dñica ſeptima.Ad Rhoma.vi.

Fres. Humanũ dico ꝓpter infir mitatē carnis vr̄e ſicut enī exhi

(ꝙ autem viuit) ſcilicet ipſe chriſtus(viuit deo) id eſt ad ſimilitudinem dei patris.vt ſicut pa/ ter non poteſt mori. ſic chriſtus filius dei ⁊ ho minis(ita ⁊ vos eſtima te vos mortuos quidez eſſe peccato)per totalez dimiſſionem culpę.Et notanter dicit eſtimate non pro certo reputate quia neſcit homo ſi fina liter mortuus eſt pecca to.Juxta illud Eccleſi aſtes.ix. Neſcit hõ an odio vel amore dignus ſit(viuentes autem deo) id eſt ad honorem dei(in chriſto Jeſu domīo noſtro)id eſt in fide ieſu chri ſti.

¶Poſtilla.

Humanum dico propter infirmitatem.⁊c̄. Ante initium illius e/ piſtolę ſcribit ſanctus Paulus in eodem capitulo dicēs Fratres ſer ui fuiſtis peccati liberati autem nunc a peccato ſerui facti eſtis iuſticię. Tunc ſtatim ſequitur preſens epiſtola.in qua apoſtolus paulus horta/ tur nos ad faciendum bona opera ⁊ ad viuendum ſecundum iuſticiam di gens(Humanum dico). Gorra.id eſt quoddam leue vobis precipio. Onus enim iuſticię quod vult eis imponere leue eſt vt patet Matthei. xi.Jugum enim meum ſuaue ē,⁊ onus meum leue(propter infirmitatem carnis veſtrę).caro enim in principio creationis fuit fortis ⁊ ſana et ſub obedientia animę. ſed per peccatum eſt facta debilis ⁊ infirma. aggra/ uans ⁊ deprimens animam.vnde Sapientię.ix .Corpus quod corrum/ pitur aggrauat animam(ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immũdicię).Gorra.id eſt ad ſeruiendum peccatis mortalibus(et iniqui/ tati)id eſt peccatis ſpiritualibus(ad iniquitatem)id eſt ad mali conſum/ mationem(ita nunc exhibete membra veſtra). Lyra.per bonam conſue tudinem habilitantes ea(ſeruire iuſticię)quaſi diceret.illud eſt leue.ſcilicz quod non plus laboris requiritur in ſeruitio dei qui ducit ad gloriam ꝙ̄ in ſeruitio diaboli qui ducit ad gehennam(in ſcificatõem)id ē ſanctitatis ɔ̃ſummatõem(Cum em̄ ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſticię) Lyra

id eſt ſpoliati a bono iuſticię (quem ergo fructum) id eſt vtilitatem (habuiſtis tunc in illis) ſupple peccatis (in quibus nunc) id eſt poſt pœnitentiaz (erubeſcitis) quaſi diceret nullam vtilitatem habuiſtis ſed maximum dānum. Ideo ſubditur. (nam finis illorum) .ſcilicet peccatis ſeruientium (mors eſt) ſcilicet ęterna (nunc vero liberati a peccato) Lyra. per eius dimiſſionem (ſerui autem facti deo) per iuſticię operationem (habetis fructum veſtrum) Vincentius. id ē vtilitatem veſtram (in ſanctificatōez) Lyra. id eſt in gratiam in pręſenti (finem vero) ſcilicet vltimum (vitam ęternam) id eſt in futuro gloriam ęternam (ſtipē dia enim peccati) Vincentius id eſt premiationes quę debentur militibus diaboli (mors ē). ſcilicet culpę ⁊ conſequēter ęternę pœnę (gratia autem dei) id eſt premium pro bono opere in gratia dei factum (vita ęterna. In chriſto ieſu domino noſtro) id ē per chriſtum ieſum dominum noſtrum tanꝗ mediatorem.

buiſtis membra veſtra ſeruire immūdicię ⁊ iniquitati ad iniquitatem. ita nunc exhibete mēbra veſtra ſeruire iuſticię in ſanctificatōem. Cum eni ſerui eſſetis pcti. liberi fuiſtis iuſticię. quem ergo fructum habuiſtis tunc in illis in quibus nunc erubeſcitis? Naz finis illoꝝ mors eſt. Nunc vero liberati a peccato. ſerui āt facti deo habetis fructuz veſtrū in ſcificatōem. finem vero vitaz ęternam. Stipendia enī peccati mors eſt. gratia aūt dei vita ęterna. In chriſto Jeſu dn̄o noſtro.

## Dn̄ica. viij. Ad Rhoma. viij.

FRēs. Debitores ſumus nō carni vt ſecundū carnez viuamus. Si enī ſecunduz carnē vixeritis moriemini. Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Quicunqꝫ eī ſpū dei agunt. hi ſunt filij dei. Non em̄

Poſtilla.

DEbitores ſumus non carni vt ſecū dum carnem viuamus .⁊c. Ante initium illiꝯ epiſtolę ſcribit ſanctus Paulus dicens. Qui em̄ ſecundum carnem ſunt quę carnis ſunt ſapiunt qui vero ſecundum ſpiritum ſunt quę ſunt ſpiritus ſentiunt. Nam prudē tia carnis mors eſt. prudentia aūt ſpiritus vita ⁊ pax. Quoniam ſapientia carnis inimica eſt deo. Tunc ſequitur pręſens epiſtola .in qua apoſtolus hortatur nos ad mortificationem carnis ⁊ ad imitationem ſpiritus vel rationis. vt ſecundum ſpiritum viuamus. Et ad hoc adducit ratiōes ſcilicet propter debitum ⁊ propter futurę mercedis magnitudinem. Unde dicit (Fratres Debitores ſumus) ſcilicet ſpiritui ſancto vel rationi proprię (non carni vt ſecundum carnem viuamus) .ſcilicet in voluptatibus carnis. (ſi enim ſecundum carnem). Gorra. id eſt ſecundum carnis deſideria et voluptates. (vixeritis) .vita corporali. (moriemini) morte ſpirituali et etiam ęterna. (ſi autem ſpiritu) .id ratione. (facta). id eſt opera. (carnis mortificaueritis) .pœnitus ea abijciendo et fugiendo. (viuetis vita

ſpirituali hic in iuſticia. et in futuro in gloria. (quicunqꝫ enim ſpiritu dei aguntur). Gorra. id eſt reguntur. (hi filij dei ſunt) ſeruientes ei non timore ſeruili ſed filiali (non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore) ſicut in veteri lege. que fuit lex timoris (Sed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum dei) id eſt ſpiritum ſanctum datorem bonorum per quem ſit adoptio filiorum dei quod ex bonitate eſt. ꝛ miſericordia dei (in q̄ clamamus Abba pater) Nicolaus de lyra. Abba pater duo ſunt nomina idem ſignificantia. vnum hebraicum. alterum latinum. ad ſignificandum duplicem dei paternitatem. Una eſt communis bonis ꝛ malis quia eſt pater creationis omnium hominum. Alia eſt ſpecialis qua pater eſt per gratie adoptionem. de qua hic dicitur. (Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro) cum eniꝫ ſpiritus noſter per ſpirituꝫ ſanctum bonum agit quod eſt ſignum diuine filiationis. Hoc autem ſigno quaſi quodam teſtimonio nos certificat (ꝙ ſumus filij dei) Uincentius. Non per naturam ſicut chriſtus. ſed per adoptionem per ſpiritum ſanctum (ſi auteꝫ filij dei) Gorra. ſumus. (et heredes) erimus (heredes quidem dei) cuius beatitudīe fruimur (coheredes autem chriſti) in quo et cum quo beati erimus

accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterū in timore. ſed accepiſtis ſpiritū adoptionis filiorum dei. in quo clamam⁹ Abba pater. Ipſe em̄ ſpiritus teſtimoniū reddit ſpiritui noſtro. ꝙ ſum⁹ filij dei. Si autem filij ꝛ heredes Heredes quidem dei. coheredes aūt chriſti

Dominica nona. primo Corinthiorum decimo.

Fratres Nō ſimus cōcupiſcētes malorū ſicut ꝛ illi ꝯcupierūt. neqꝫ idolatre efficiamī. ſicut q̄dā ex ipſis. queadmodū ſcriptū eſt. Sedit populus manducare ꝛ bibere ꝛ ſurrexerūt ludere. Neqꝫ fornicemur. ſicut q̄dam ex ipſis fornicati ſunt Et ceciderūt vna die vigintitria millia. Neqꝫ temptemus chriſtū. ſicut q̄dam eorū temptauerūt. ꝛ a ſerpentibꝫ perierūt. neqꝫ murmuraueritis ſicut

Poſtilla

Non ſimus concupiſcētes malorum ꝛ cetera Pro intellectu illius epiſtole attendere oportet beneficia populo iudaico in deſerto exhibita a deo. ſcilicet tranſitum per mare rubrum. defenſionem columne. cibationem manne. ꝛ ſic de alijs. que omnia deus miraculoſe eis exhibuit. Ipſi autem de tantis beneficiis ingrati exiſtentes concupierunt carnes comedere. paruipendentes manna. Item idolatriam commiſerunt. adorando vitulum. Item fornicati ſunt cum madianitis contra preceptum domini. Item contra Moyſen et Aaron murmurauerunt. ꝛ ſic de alijs. Et ideo plagas in hodierna Epiſtola expreſſas incurrerunt. Monet ergo nos ſanctus Paulus in hodier-

# Pagina

na epiſtola ne talia faciamus.quia ſi ſimiles eis fuerimus in culpa. eri/
mus ⁊ ſimiles in pœna. Ergo dicit(Fratres. Non ſimus concupiſcentes
malorum)quo ad affectum(ſicut ⁊ illi concupierūt(de quibus dicitur pſ̄.
lxxvij . Concupierunt concupiſcentiam ⁊c̄. Et Numeri.xi.dicitur ꝙ vul
gus promiſcuum flagrauit deſiderio carnium ⁊c̄. quaſi diceret non pecce
mus ſicut ⁊ illi ne ſimiliter puniamur ſicut ⁊ illi(neq̄ꝫ idolatrę efficiami/
ni) Vincentius.honorem ſoli deo debitum idolis ⁊ creaturis nullo mo/
do exhibeatis(ſicut quidam ex ipſis)ſcilicet ex filijs iſrael fuerunt qui ſibi
vitulum conflatilem fecerunt ⁊ ipſum pro deo adorauerunt. Ut habetur
Numeri.xxv.(quemadmodum ſcriptum eſt) Exodi.xxxij.(Sedit popu/
lus manducare)coram idolo ſcilicet vitulo(⁊ ſurrexerunt ludere)id eſt lu/
dos facere.ſicut choreas in venerationem vituli ¶ Notandum ꝙ ſicut o/
lim fuerunt diuerſa idola inter infideles.ita ⁊ nūc inter chriſtianos.quia
aliqui colunt diuitias. Aliqui honores.aliqui corporis delitias.aliqui pu
eros ⁊ vxores. Unde Auguſtinus.hoc ab homine colitur quod prę cęte/
ris diligit(neq̄ꝫ fornicemur) Vincentius.id eſt actum luxurioſum extra
propriam coniugem nullo modo perpetremus(ſicut quidam ex ipſis for/
nicati ſunt) Lyra. ſcili
cet cum mulieribus ma
dianitis vt habetur Nu
meri.xxv(Et ceciderunt
vna die vigintitria mil
lia) Lyra.nec eſt hoc cō
tra illud quod dicitur.
Numeri.xxv.Et cecide
runt vna die vigintiq̄t
tuor millia. Lyra.qđ
ceciderunt vigintiquat/
tuor millia.quia minor
numerus includitur in
maiori.⁊ ideo concluditur quod verum eſt de maiori.eſt etiam verum de
minori(neq̄ꝫ tentemus chriſtum) Borra.id eſt diffidendo de eius potentia
(ſicut quidam eorum tentauerunt)ſcilicet ipſum deum vel chriſtuꝫ in moy
ſen dicentes illud.pſ̄.lxxviij. Nunquid poterit parare menſam in deſerto
(et a ſerpentibus perierunt)quia dominus iratus miſit contra eos ſerpen
tes ignitos.⁊ quoſcunq̄ꝫ momorderunt ſtatim moriebantur donec Moy
ſes ex iuſſu domini ſerpentem ęneum erexit.ad cuius aſpectum ſanabant
vt habetur Numeri.xxi.(neq̄ꝫ murmurauerit is)ſcilicet contra deum vel
pręlatos eius(ſicut quidam eorum murmurauerunt)contra moyſen. Nu/
meri.xvi. Murmurauit omnis congregatio filiorum iſrael contra moy
ſen(⁊ perierunt ab exterminatore)ſcilicet ab angelo eos percutiente extra
terminos terrę promiſſionis(Hęc autem omnia in figura contingebant
illis)ſcilicet ad deſignandum ꝙ ſic vel grauius fiet nobis ſi fuerimus ſimi
les eis(Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram) Vincentius. pu/
nitiones ⁊ pœne inflictę iudęis in veteri teſtamento ſunt ſcriptę ad noſtrā
correptionem vt viſis vel auditis illis pœnis caueamus peccata conſimi
lia ne in illas vel maiores pœnas incidamus(in quos fines ſęculoruꝫ de/

quidā eorū murmurauerūt ⁊ perierūt
ab exterminatore. Hęc autē omnia in
figura contingebant illis. Scripta
ſunt autem ad correptionem noſtram
in quos fines ſęculorum deuenerunt.
Itaq̄ꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne
cadat. Temptatio vos non appre/
hendat niſi humana.fidelis autem de

uenerunt) Lyra. id eſt in nos qui ſumus iam in ſexta ętate ſęculi ⁊ durat
vſq; in finem mundi (itaq; qui ſe exiſtimat ſtare) Uincentius. id eſt opina
tur ſe eſſe in in gratia ſiue in charitate dei (videat) id eſt caueat (ne cadat) ſci
licet ab illa gratia per peccatum mortale (Temptatio vos non apprehē/
dat niſi humana) Uincentius. quaſi diceret. ſi temptatio conſurgit in vo/
bis. videatis quod vos non apprehendat per conſenſum. Quia ſi conſen/
ſum adhibueritis. non eſt temptatio humana. ſed diabolica. Unde Gre
gorius in paſtorali. Humanum eſt in corde temptationem perpeti demo
niacum vero in temptationis certamine ſuperari (Fidelis autē deus eſt)
Lyra. in promiſſis implendis (qui non patitur vos temptari ſuper id qđ
poteſtis) quia promiſit adiutorium in temptationibus poſitis. ſi fideliter
recurrant ad ipſum (ſed faciet cum temptatione etiam prouentum) vos ad
iuuando vt ipſa temp/
tatio vobis proueniat
ad augmentum meriti
per eius ſuperationem.
(vt poſſitis ſuſtinere)
Uincentius. Ne cada/
tis in peccatum ⁊ in cō
ſenſum. Unde Augu/
ſtinus dicit Diabolus
plerumq; vult nocere ⁊
non poteſt. quia pote/
ſtas eius eſt ſub poteſta
te dei. Nam ſi tantum
poſſet nocere diabolus
quantum vellet aliquis
iuſtorum non remane/
ret.

us eſt qui non patietur vos temptari
ſuper id quod poteſtis. Sed faciet cū
temptatione etiam prouentum vt poſ
ſitis ſuſtinere

¶ Dominica decima. prima Corin/
thiorum duodecimo

FRatres. Scitis qm̄ cū gētes
eſſetis ad ſimulachra muta p
ut ducebamini eūtes. Jđ notū vobis
facio q; nemo in ſpiritu dei loquēs di

¶ Poſtilla.

SCitis quoniam cum gentem eſſetis ad ſimulachra ⁊ cętera. Ante
initium illius epiſtolę ſcribit ſanctus Paulus dicens. q; ſi noſmet
ipſos diiudicaremus non vtiq; diiudicaremur. Dum autem iudicamur a
domino corripimur. vt non cum hoc mundo damnemur. Tunc ſequi/
tur epiſtola hodierna. in qua apoſtolus loquitur de donis ſpiritusſancti
oſtendens q; omnium donorum auctor eſt ſpiritusſanctus. ⁊ nullus po/
teſt facere aliquod bonum meritorium. ſaltem vitę ęternę. niſi in ſpiritu/
ſancto. Et hoc apoſtolus oſtendit experimento vitę pręterite dicens (Sci
tis quoniam cum gentes eſſetis) Lyra. ſcilicet gentiliter viuētes abſq; dei
gratia ante conuerſionem ad fidem (ad ſimulachra muta euntes) ea ado/
randa. Colebant enim gentes idola martis. mercurij. ſolis. ⁊ ſic de alijs.
Et dicebantur muta. quia per ſe vel ex ſe non habebant aptitudinem lo/
quendi q̄uis diabolus per ea quandoq; dedit reſponſa (prout ducebami/
ni) Horta. ſcʒ a maligno ſpiritu ſicut equus ⁊ mulus. quibus non eſt in/
tellectus (Jdeo notum vobis facio. quod nemo in ſpiritu dei loquēs) Ly
ra. gratia dei vtēs (dicit anathema Jeſu) id eſt blaſphemiā aliquam de ie
ſu domino noſtro (Et nemo poteſt dicere dominus Jeſus) confitendo ip/
ſum dominū ⁊ ſaluatorē. ſcʒ q; ipſe ſit veraciter dominus ⁊ ipſe ſeruus eius.

niſi in ſpiritu ſancto)id eſt per ſpm̄ ſcm̄ a quo eſt om̄e verū. Vn̄ Ambro.
Om̄e verū a quocūqꝫ dicat͛ a ſpū ſcō eſt(diuiſiones vero gratiarum ſunt)
Nota ꝙ gratias hic appellat diuerſos gradus. ⁊ ordines qui ſunt in eccl'a
(idem aūt ſpiritus)ſcꝫ ſcūs eſt diſtributor graduū ⁊ ordinū ⁊ officiorū( et
diuiſiones miniſtrationū ſunt)id eſt diuerſi effectus grē quibꝫ alij ſeruiūt
alijs. ⁊ ſic ordinātur in proximū. Hoc exemplū dedit nobis chriſtus. vn̄
Mat. xx. Filius hoīs nō venit miſtrari ſed miſtrare. Itē. pri. Pe. q̄rto.
Vnuſquiſqꝫ ſicut accepit grām in alterutrū. illā adminiſtrātes(idē aūt do-
minus)id ē chriſtus fili
us dei dans ſingulis ꝓ
voluntate ſua(⁊ diuiſio
nes oꝑationū ſunt) id ē
diuerſi actus grē q̄ſtum
ad ſe. ꝑ quā grām facit
oꝑa meritoria. q̄dā ma
iora. q̄dā minora opera
(idē ꝟo deus)id ē pater.
Et notandū ꝙ apl's po
nit hic tria noīa vt intel
ligaturꝙ totius trinita
tis ſunt dona grāꝝ quo
ad ꝑſonā ſpūſſancti di-
cit idem autē ſpūs. quo
ad ꝑſonam filij. idē aūt
dn̄s. quo ad ꝑſonā pr̄is
dicit aūt idem deus Sꝫ
ne videret͛ diſtinctio ſub
ſtantie ⁊ oꝑatōis ſubiū
git idēptitatem ſubſtā-
tię et operationis triuꝫ
perſonarum. q̄ꝝ. ſcilicet deus pater. deus filius. ⁊ deus ſpirituſſanctus. v
nus exiſtens deus. operatur omnia. ſcilicet neceſſaria ſaluti. in omnibus
non omnia in ſingulis. quia vni non tribuit omnia. ſed in omnibus om̄ia
vt quod quis in ſe nō habeat in alio ſit ſicut in humano corpore oculus
ſolus videt ſed nō ſibi ſoli. ſed toti corpori. vt ſic maneat charitas ⁊ humi
litas. vn̄ Eſaie. xxvi. Om̄ia oꝑa noſtra oꝑatus es in nobis. vnicuiqꝫ autē.
ſcꝫ fidelium(datur manifeſtatio ſpiritus)id eſt gratia quę manifeſtat ſpi-
ritum ineſſe(ad vtilitatem)ſcilicet eccleſię(Alij quidem per ſpiritum)ſcili
cet ſanctum(datur ſermo ſapientię)ſcilicet loquendi de contemplatione cę
leſtium(Alij autem ſermo ſcientię)ſcilicet loquendi de actione temporali
um ſcd̄m eūdē ſpiritum. Alteri fides)id eſt conſtantia vel ſermo fidei(In
eodem ſpiritu. Alij gratia ſanitatum)ſcilicet curandi infirmos. in vno ſpi
ritu Alij operatio virtutum. id eſt miraculorum quę ſunt ſupra naturaꝫ
Alij prophetia. ſcilicet prędicare futura. Alij diſcretio ſpirituum. Nico-
laus gorra. id eſt gratia diſcernendi quo ſpiritu ducuntur. id eſt bono vel
malo. quia etiam diabolus bona ſeductorie dicit. Alij genera linguarum
id eſt loqui diuerſis linguis. Alij interpretatio ſermonum. id eſt interpre

cit anathema ieſu. Et nemo poteſt di-
cere dominus Jeſus niſi in ſpiritu ſan
cto. Diuiſiones vero gratiarum ſunt.
idem autem ſpiritus. ⁊ diuiſiones mi
niſtrationum ſunt idem autem domi-
nus. Et diuiſiones operationuꝫ ſunt:
idem vero deus qui operatur omnia
in omnibus. Vnicuiqꝫ autem datur
manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.
Alij quidem per ſpiritum datur ſer-
mo ſapientię. Alij autem ſermo ſcien-
tię ſcd̄m eundem ſpirituꝫ. Alteri fides
in eodē ſpiritu. Alij grā ſanitatum in
vno ſpiritu. Alij operatio virtutum.
Alij ꝓphetia Alij diſcretio ſpūuꝫ Alij
genera linguaꝝ. Alij interpretatio ſer-

ratio obſcuritatū ſcripturę. quę ſunt in ꝓphetis ⁊ euangelijs ⁊ in epl'is. Hęc aūt oīa. licet diuerſa ſint. opatur vnus atq idem ſpūs diuidens ſingulis ꝓut vult. id ē gratis. ⁊ ſicut cuiq ſit expedire.

¶ Poſtilla.

Notum vobis facio euangelium. ⁊c. Ante initium illius epl'e ſcribit ſanctus Paulus dicens. Si quis ignorat ignorabitur omnia autem honeſte ⁊ ſcdm ordinem fiant in vobis. Tunc ſtatim ſeqtur preſens epl'a. in qua apl'us commendat nobis doctrinam euangelicā per quam peruenitur ad gloriam reſurrectionis dicens. Fratres. id eſt o Corinthij. qui eſtis fratres in chriſto ſicut omnes in chriſto per fidem geniti. notum vobis facio. Lyra. id eſt ad memoriam reduco. euangelium.

monū Hęc āt oīa opatur vnus atq idem ſpūs diuidēs ſingulis ꝓut vult

¶ Dñica. xi. ꝑ. Choꝛ. v.

Fratres. Notū vobis facio euangelium qd pdicaui vobis. qd ⁊ accepiſtis. in quo ⁊ ſtatis. p qd ⁊ ſaluamini. qua ratione predicauerim vobis ſi tenetis. niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enim vobis in primis quod et accepi. quoniam chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum ſcripturas. ⁊ quia ſepultus eſt. ⁊ quia reſur

id eſt doctrinam euangelicā. quod predicaui id ē denunciaui. vobis quod ⁊ accepiſtis. Uincentius. corde credendo ⁊ ore confitendo in quo ⁊ ſtatis. id ē permanere ⁊ ſtare debetis. p quod ⁊ ſaluamini. iam in ſpe ⁊ tandem in re. qua ratione predicauerim vobis) Gorra. ſcilicet per chriſti reſurrectionem aſtruendo nrām reſurrectionē (niſi fruſtra credidiſtis) id ē ſine aliqua vtilitate. qa fides ſine operibus mortua eſt.

(Tradidi enī vobis in primis) Lyra. id ē inter principialia credenda. qa articuli fidei ſunt principia ex quibus alia credenda deducuntur (quod et accepi) per reuelationem a ſpirituſancto (qm̄ chriſtus mortuus ē pro peccatis noſtris) Lyra. Non ſuis. vt patet Eſaię. liij. Propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Item in eodem capitulo. Ipſe aūt vulneratus ē propter iniquitates noſtras (ſecundum ſcripturas) ſcȝ ipſoꝝ ꝓphetaꝝ qui paſſionem chriſti predixerunt. Unde Hieremię. xi. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimam. Item Eſaię. liij. Sicut ouis ad occiſionem ducetur. ⁊ quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet. ⁊ nō apiet os ſuum (⁊ quia ſepultus ē) Lyra. vt veritas mortis eius probaretur (⁊ qa reſurrexit tercia die ſm ſcripturas) vnde Oſeę. vi. Uiuificabit nos poſt duos dies. ⁊ tercia die ſuſcitabit nos (Et quia viſus ē) Lyra. poſt reſurrectionem ſuam (cephę) id ē petro (⁊ poſt hoc vndecim) id ē apoſtolis quę apparitio fuit poſt dies octo ſuę reſurrectionis preſente Thoma. Joannis. xx. (Deinde viſus ē plus q̄ quingentis fratribus ſimul) Et illa apparitio facta fuit in galilea. in qua apparuit apoſtolis et multis alijs chriſtifidelibus (ex quibus multi manent vſq adhuc) viuentes in illo tempore. Gorra. qui teſtes ſunt huius. ſi ab eis requiratur. (Quidam autem dor/

mierunt)ſcilicet morte corporali quę dicitur dormitio.quia erit in ſpe re/
ſurrectionis futurę(Deinde viſus eſt Jacobo)ſcilicet alphęi.qui dictus ē
frater domini.⁊ qui fuit Epiſcopus hieroſolymitanus.qui etiam ſicut di
cit Haymo vouerat ſe non manducaturum quouſq̄ dominum poſt reſur
rectionem vidiſſet.ideo chriſtus ei apparuit.tamen hoc non legitur in euā
gelio(Deinde apoſtolis omnibus)ſcilicet viſus ē.⁊ hoc factum ē in die aſ
cenſionis vt patet Marci vltimo(Nouiſſime autem omnium)id eſt poſt
aſcenſionem chriſti in cœlum(tanq̄ abortiuo viſus eſt ⁊ mihi)ſcilicet invi
a quando iui Damaſcum vt patet Actuum.ix. Lyra.vocat autem ſe ab
ortiuum.quia abortiuus dicitur fœtus qui naſcitur extra tempus debitū
vel qui cum violentia e
ducitur de vtero. ſic a/
poſtolus.quia alij rena
ti fuerunt ante aduen /
tum ſpiritusſancti. ipſe
autem poſt .Item alij
conuerſi fuerunt ſponte
ipſe vero quaſi violēter
in actu perſecutionis fi
dei(Ego enim ſum mi /
nimus apoſtolorum) q̄
ſi vltimus tempore(qui
non ſum dignus vo /
cari apoſtolus) .ſcilicet
ſi mea precedentia meri
ta attendantur(quoniā
perſecutus ſum eccleſiā
dei) Lyra.quod alij nō
fecerunt ⁊ in hoc minor
fuit apoſtolis Licet ex
gratia dei factus fuerit
valde magnus .(gratia
autem dei ſum id quod
ſum) .ſcilicet apoſtolus
chriſti quia ſine gratia
dei homo nihil ē( ⁊ gra
tia eius in me vacua non fuit(id eſt carens bonis operibus.Sequitur in
textu poſt epiſtolam illam(ſed in omnibus illis abundantius laboraui).
nullus em̄ apoſtolorum legitur in tot terris ⁊ prouintijs prędicaſſe nec
tot tribulatōes in terra ⁊ in mari ſuſtinuiſſe.

rexit tercia die ſcd̄m ſcripturas ⁊ quia
viſus eſt cephe.et poſt hoc vndecim.
Deiñ viſus eſt plus q̄ quingentis fra
tribus ſimul ex quibus multi manent
vſq̄ adhuc.quidam aūt dormierunt.
Deiñ viſus eſt Jacobo Deinde aplis
omnib⁹. Nouiſſime aūt oīm tanq̄ ab
ortiuo viſus eſt ⁊ mihi. Ego em̄ ſum
minimus aploꝝ.qui non ſum dignus
vocari apoſtolus.quoniam pſecutus
ſum eccleſiam dei. Gratia autem dei
ſum id quod ſum Et grā eius in me va
cua non fuit ſed abundantius illis om
nibus laboraui.

¶ Dominica duodecima. ij. Co/
rinthiorum.iij.

Frēs. Fiduciam talē habem⁹ p
chriſtum ad deū.nō qd̄ ſuffici

¶ Poſtilla.

Fiduciam talem habemus per chriſtum ad deum.⁊c̄. Ante initiū
illius epiſtolę ſcribit ſanctus Paulus dicens.Chriſti bonus odor
ſumus deo in his qui ſalui fiunt ⁊ in his qui pereunt ⁊ alijs qui/
dem odor mortis in mortem.alijs autem odor vitę in vitam.Tunc ſe/
quitur pręſens epiſtola in qua apoſtolus oſtendit confidendū eſſe in deo

Et hoc propter noſtrum defectum ⁊ diuinum eius adiutorium. quod ſpecialiter modo tempore gratię deus paratus eſt nobis impendere. Unde dicit (Fiduciam talem habemus ad deum) ſcilicet qui eſt vnus in ſubſtantia ⁊ trinus in perſonis (per chriſtum) id eſt ꝙ ex merito paſſionis chriſti ⁊ per gratiam chriſti poſſumus ſaluari (non ꝙ ſufficientes ſumus cogitare aliquid, ſupple boni (a nobis quaſi ex nobis) q̄ꝫuis em̄ omne bonū quod agimus ſit a nobis vt cauſa ſecundaria. non tamen ex nobis vt a cauſa ꝑmaria. Deus em̄ eſt qui operatur in nobis velle ⁊ perficere (ſed ſufficientia noſtra). Horra. cogitandi. volendi. faciendi bonum. (ex deo eſt). vt patet. Joannis. xiiij. Sine me nihil poteſtis facere (qui ⁊ idoneos nos fecit miniſtros) ſcilicet vita ⁊ ſcientia (noui teſtamenti) id eſt euangelij (non lit-

entes ſumus cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis. ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Qui ⁊ ideoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. non littera. ſed ſpiritu Littera em̄ occidit. ſpiritus autem viuificat. quod ſi miſtratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria. ita vt non poſſent intendere filij iſrahel in faciem Moyſi. propter gloriã vultus eius quę euacuatur quomō non magis miniſtratio ſpūs erit in gloria Nā ſi miſtratio dānatiōis in glā eſt. multo magis abundat miniſterium iuſticię in gloria.

tera) id ē non ex̄ñtis in littera tantum. ſicut lex moyſi quia euãgelij parabolas non ſemper ad litteram intelligimus. (ſed ſpiritu) id eſt ad ſenſum ſpiritualem (Littera em̄ occidit) quia teſtamentum vetus cognitionem peccati dabat non tamen gratiã (ſpiritus autem) id eſt ſpiritus ſanctus qui datur in ſacramentis noui teſtamenti. (viuificat). id eſt viuere facit. (ꝙ ſi miniſtratio mortis). id eſt legis moſaycę mortem temporalem inferentis tranſgreſſoribus (litteris deformata in lapidibus). id eſt ſcripta in tabulis lapideis. (fuit in gloria). id eſt reuerentia. (ita vt non poſſent intendere filij iſrahel in faciem moyſi). ¶ Nota ꝙ Exodi triceſimo ſecundo dicitur quod ex colloquio dei cum moyſe in monte ſynai facies moyſi fuit facta quaſi cornuta. non q̄ꝺ fuiſſent realia cornua. ſed quaſi quidam radij procedentes ſurſum angulariter in figura cornuum. Et dicitur ibidem quod filij iſrahel non potuerunt intendere in faciem eius. Et cum deberet eis loqui oportebat quod velamen opponebat ante faciem eius. (⁊ hoc propter gloriam). id eſt claritatem. (vultus eius quę euacuatur). quia illa gloria in moyſe non diu permanſit. ſed tranſiuit. (quomodo non magis m iniſtratio ſpiritus) id eſt noui teſtamenti. (erit in gloria). ſupple ęterna. (Nam ſi miniſtratio damnationis). id eſt veteris legis. quę ideo dicitur miniſtratio damnationis. eo quod nēo poterat ab ea ſaluari. (in gloria eſt multomagis miniſterium iuſticię). id eſt legis euangelicę. (abundat in gloria). id eſt perducit ad gloriam.

¶ Poſtilla.

# Pagina

Abrahe dicte ſunt promiſſiones.⁊c̃. Añ initium illius epl'e ſcribit ſcũs Paulus dicens Scriptũ eſt Geñ.xv. Credidit abraham deo ⁊ reputatum ẽ ei ad iuſticiam. Tunc ſeqtur pñs epl'a(Abrahe dicte ſunt promiſſiones).⁊c̃. Ubi notandum quod Galathe gentiles fuerũt greci.⁊ per apl'm Paulum ad fidem chriſti conuerſi ſunt. Et recedente ab eis apoſtolo ꝑ pſeudo apoſtolos fuerunt ſeducti ⁊ decepti.ita ꝙ ad obſeruationem legalium veteris teſtamenti verterentur.quaſi per fidem chriſti abſqꝫ legaliũ obſeruatione ſaluari non poſſent.quod falſum ẽſt.

## Dñica.xiij. Ad Galathas.iij.

Fres. Abrahe dicte ſunt promiſſiones:⁊ ſemini eius. Non dẽt et ſeminibus quaſi in multis. ſed quaſi in vno ⁊ ſemini tuo qui ẽ chriſt9 Hoc aũt dico teſtamentũ ꝯfirmatum a deo q̃ poſt q̃dringẽtos ⁊ triginta annos facta eſt lex. Non irritum facit ad euacuandam ꝓmiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas.iam nõ ex promiſſione. Abrahe aũt ꝑ repromiſſionẽ donauit deus. Quid igitur lex ꝓpter tranſgreſſo

Quos apoſtolus ad veram fidem reuocat.in epiſtola hodierna dicens(Fratres Abrahe dicte ſunt ſupple a deo(promiſſiones)eterne(⁊ ſemini ei9) ſcilicet chriſto.quia per eum promittebatur dãda benedictio vt patet. Geneſis.xxij. In ſemĩe tuo benedicẽtur omnes gentes(Non dicit et ſeminibus quaſi in multis.ſed q̃ſi in vno.et ſemini tuo qui ẽ chriſtus) Uincenti9 Illa promiſſio Abrahe impleta fuit quando Chriſtus ex Maria virgine natus fuit.⁊ poſt chriſti aduentum ceſſauit lex in cerimonijs ⁊ figuris.(Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a deo)id ẽ promiſſiones ille per modum teſtamenti ſunt cõfirmate a deo cum iuramento diuino vt patet. Geñ.xxij. Per memetipſum iuraui dicit dominus.⁊c̃. Uincentius. Teſtamentum dicitur ſcriptura autentica voluntate teſtatoris ⁊ teſtium roborata.⁊ quia promiſſio illa fuit iuramento dei firmata ideo bene dicitur teſtamentum(que poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex. ¶ Nota littera ſic conſtruẽda eſt. Lex que poſt quadrĩgentos ⁊ triginta annos facta eſt id ẽ data ẽ in monte .Synai a promiſſione . Abrahe ipſi Moyſi . Et per tantum tempus fuerunt filij iſrahel in egypto.vt habetur Exodi.xij. Illis annis expletis eadem die egreſſus ẽ omnis exercitus. Computantur aũt hi anni a promiſſione prima facta Abrahe vſqꝫ ad dationem legis(non irritum facit ad euacuandam promiſſiõem) Lyra.id ẽ non euacuat promiſſiõem Abrahe fcã̃m quaſi irritam quod tñ faceret ſi daretur hereditas ⁊ bñdictio ex lege(nam ſi ex lege hereditas)id ẽ btĩtudo eterna(iam non ex ꝓmiſſione)⁊ ita euacuaret̃ ⁊ fruſtraret̃ ꝓmiſſio facta Abrahe.ꝙ aũt hoc non ẽ hoc probat dicẽs(Abrahe ãt ꝑ repromiſſionẽ donauit deus)ſupple beatitudinẽ ⁊ gl'am ⁊ bñdictiõem.non ꝓpter legem ſed ꝓpter ꝓmiſſionem hoc eſt ꝓpter fidem chriſti ſepe ꝓmiſſi.qꝛ Abrahã hoc credidit qđ deus ſibi ꝓmiſit Et ſic patet ꝙ omnes antiqui qui iuſtificati ſunt ex ipſa fide chriſti iuſtificati ſunt ,et non propter opera legis, Nam ipſi crediderunt hoc

futurum quod nunc credimus pteritum. ⁊ ideo iuſtificati ſunt ⁊ nō ꝓpter legem q꞉ abraham iuſtificatus ē. ⁊ tamen legem non habuit. quia multo tempore ante legem vixit. Uñ Berñ. dicit. Multi ante ſaluatoris aduē tum deum omnipotentem timentes ⁊ diligentes ſuę ſalutis gratiſſimum promiſſorem credentes. in promiſſionē fidelium ſperantes certiſſimū redē ptorem in hac fide ⁊ expectatōe ſaluati ſunt. vñ Aug⁹. Nemo liberatur a damnatione quę facta ē per adam. niſi ꝑ fidem dñi nrī ieſu chriſti (quid i gitur lex?) Lyra. id ē ad quid fuit vtilis. q. d. q꞉ ergo lex nō iuſtificauit ſed ſola fides quare ergo poſita ē ⁊ data? Ad hoc reſpōdetur ꝙ tamen non in utiliter ē data. (ꝓpter tranſgreſſores poſita ē) id ē ꝓpter punitiōnes pecca torum. q꞉ in lege deter minant̄ graues pœnę ꝓ determinatis vitijs q̄ rum terrore cohibeban tur homiēs a pctīs (do nec veniret ſemen) id eſt chriſtus. (cui). id de quo (promiſerat) vt p꞉ Geñ xxij. In ſemine tuo be nedicentur omnes gen tes (ordinata per ange los) id ē miniſterio an gelorum Lyra. Lex ei non fuit data immedia te a deo. ſed per angelū qui loquebatur moyſi in monte ſynai. (in ma nu mediatoris) id eſt in poteſtate chriſti. vt ſcilicet duraret q̄diu vellet quia venit in mūdum qñ ſibi placuit non ſtatim poſt hominis caſum (mediator āt vnius non ē) ſed duoꝝ extremoꝝ q̄ ꝯiungit (deus aūt vnus ē) ſcꝫ chrūs qui ē vnus cū prē ⁊ ſpūſcō. ⁊ hoc ē ſcd̄m diuinā naturam Et ē etiam mediator dei ⁊ hoīm recō cilians hoīes deo prī. ⁊ hoc ſcd̄m humanā naturam (lex ergo aduerſus pro miſſa dei? abſit) Uincen. q. d. nullo mō lex fuit contra ꝓmiſſa dei. q̄uis ꝓ miſſio fcā fuit ꝑfectior q̄ lex (Si eñ data eſſet lex q̄ poſſet viuificare) id ē vitā ęternā ꝯferre (vere ex lege eſſet iuſticia) non ex ꝓmiſſione abrahę fac ta (ſed ꝯcluſit ſcriptura) id ē lex moyſi. quę ē lex ſcripta (oīa ſub peccato) Lyra. inquantum oſtendebat peccatum. nec tamen mundabat. (vt pro miſſio) ęternę beatitudinis (ex fide ieſu chriſti daretur credentibus) Ly ra fide formata quę facit tendere in deum.

res poſita eſt donec veniret ſemen cui promiſerat ordinata ꝑ angelos in ma nu mediatoris. Mediator aūt vnius non eſt deus aūt vnus eſt. Lex ergo ad uerſus promiſſa dei? abſit. Si eñ da ta eſſet lex q̄ poſſet viuificare vere ex le ge eſſet iuſticia. Sed concluſit ſcriptu ra oīa ſub peccato. vt ꝓmiſſio ex fide ie ſu chriſti daretur credētib⁹

## Dñica. xiiij. Ad Gala. v.

FRēs. Spū ābulate ⁊ deſideria carnis nō ꝑficietis. Caro enim

## Poſtilla.

SPiritu ambulate ⁊ deſi. ⁊c. An̄ initiū illi⁹ epl̄ę ſcribit ſcūs Paulus di. Omnis lex in vno ſermone implet̄. Diliges proximum tuum ſicut teipſum Tunc ſtatim ſequit̄ p̄ſens epl̄a. Ubi notandum ꝙ epl̄a hodierna ⁊ euāgeliū hodiernū in hoc ꝯcordāt. q꞉ ſicut euāgeliū ōt de decē leproſis q̄ ſunt a chriſto mūdati Sic epl̄a enūerat opa carnis quę lepraꝫ ſpūalem quę horribilior ē lepra corporali inducunt Hortatur autem nos

apoſtolus in hac epiſtola vt caute ambulemus dicens (Spiritu ambu/
late) Vincentius. id eſt ſecundum ſpiritum diuinum opera veſtra facite.
(⁊ deſideria carnis) id eſt delectationes ⁊ concupiſcentias quas caro ſug/
gerit (non perficietis) id ē opere non implebitis. (caro enī concupiſcit ad/
uerſus ſpiritum) Lyra. id ē ſenſualitas contra rationem (ſpiritus autem)
ſupple econuerſo (aduerſus carnem. Hęc enim ſibi inuicem aduerſantur).
ſcilicet caro ⁊ ſpiritus. Caro enī natione terreſtris. Spiritus autem cœ/
leſtis. ⁊ dum vnumquodqꝫ ad patriam ſuam tendit fit pugna vehemens
intantum (vt non quę/
cunqꝫ vultis) ſecundum
rationem (illa faciatis)
impediti motu ſenſuali
tatis (ꝙ ſi ſpiritu duci/
mini). Lyra. ſequentes
inſtinctum ſpiritus ſanc
ti (non eſtis ſub lege).
Gor. q̄ ꝓ male agentib9
poſita ē vt puniātur ꝓ
exceſſibus ſuis. (manife
ſta ſunt autē opera car
nis) quia ſunt ſenſibili
a (quę ſunt fornicatio).
Lyra quantum ad con
cubitum ſoluti cū ſolu
ta (immundicia) Gorra
id eſt peccatum contra
naturam quod eſt inno
miabile (impudicicia).
hoc eſt in geſtib9 vel ta
ctib9 vł oſculis vł aliis
circūſtātiis illicitis (lu/
xuria) eſt nomē genera
le ad viciū illud (idolorum ſeruitus) Lyra. vt patet de ſalomone rege. iii.
Regum. xi. qui ex ardore libidinis cum mulieribus alienigenis motus fu
it ad ſequendum deos eorum (veneficia). Lyra. id ē ſortilegia quę ratione
libidinis ſolent fieri. (inimicicię) Lyra. latentes animo (contentiones) in
verbis clamoroſis (ęmulationes). in factis. (irę rixę). in affectu nocendi vt
quando ſeinuicem percutiunt vel lędunt. (diſſenſiones) id eſt quando par/
tes fieri incipiūt ⁊ ſciſmata (ſectę hereſes) vitia fidei (inuidię) in animo (ho
micidia) in facto (ebrietates) Gorra. id eſt aſſiduę potationes ſuperflue q̄
ad ſuperfluitatem in potu (comeſationes) ſuperfluę quo ad cibum (et his ſi
milia) ad q̄ caro eſt prona ſicut ſuꝑfluitas veſtimētorꝫ ⁊ lectorꝫ ⁊ mollicies
ba lneorum ⁊ ſic de aliis (quę prędixi vobis) ſcilicet anteqꝫ veniet dies iu/
dicii. quia tunc pœnitere non poteritis (ſicut prędixi) vobis ante hanc epi
ſtolam (qm̄ qui talia agunt) id eſt aliquid horꝫ (regnum dei non ꝯſequent)
Vin. ex hoc ſequitur ꝙ illa pctā iam enūerata in lrā ſunt pctā mortalia
ꝙ nihil ſepat a deo niſi mortale peccatū Poſt hoc deſcribit vitā ſpūalem

concupiſcit aduerſus ſpiritū. ſpiritus
autem aduerſus carnem. Hęc enī ſibi
inuicem aduerſantur. vt non quęcun/
qꝫ vultis illa faciatis. ꝙ ſi ſpiritu duci
mini non eſtis ſub lege. Manifeſta au
tem ſunt opera carnis. quę ſunt forni/
catio. immundicia. impudicicia. luxu
ria. idolorum ſeruitus. veneficia. ini/
micicię. contentiones. ęmulatōnes. irę
rixę. diſſenſiones. ſectę. hereſes inuidię
homicidia. ebrietates. comeſationes ⁊
his ſimilia. Quę prędico vobis ſicut p̄
dixi. qm̄ qui talia agunt regnuꝫ dei nō
conſequentur Fructus āt ſpūs ē chari
tas. gaudium. pax patientia. longani/
mitas. bonitas. benignitas. manſue/
tudo. fides. modeſtia. ꝯtinentia. caſti/

dicens(fructus aũt ſpũs)id eſt opus ſpũſſancti(eſt charitas)ſine qua ea q̄ ſequuntur non valent ideo preponitur(gaudium)id eſt puritas conſciẽtie ⁊ exultatio mentis ⁊ hec eſt digna leticia(pax)id eſt concordia ad proxi-mum quando ſe non inquietant ⁊ turbant(patientia)ſcilicet in toleranti a aduerſitatum(longanimitas)ſcilicet in expectatione premiorum (boni tas)id eſt dulcedo animi interius.(benignitas)id eſt largitas rerum oſten

tas aduerſus huiuſmodi non eſt lex.
Qui aũt ſunt chriſti carnẽ ſuam cruci
fixerũt cũ vitijs ⁊ ꝯcupiſcentijs.

## Dñica.xv. Ad Galathas. vi.

FRẽs. Si ſpũ viuimus ſpũ et ã
bulemus. Non efficiamur ina
nis glorie cupidi inuicem prouocan-
tes inuicem inuidentes. Fratres ⁊ ſi p̄
occupatus fuerit homo in aliquo de-
licto vos qui ſpirituales eſtis huiuſ-
modi inſtruite in ſpiritu lenitatis con-
ſiderans teipſum ne et tu tempteris.

dens bonitatem animi extra per opera.(man-ſuetudo)qua ẽ tractabi lis ⁊ conuerſatiuus cũ alijs(fides)id eſt certitu do de inuiſibilibus.'vt credat omnia credenda et non alia.(modeſtia). vt homo ſeruet modũ in' dictis ⁊ in factis ⁊ in omnibus agendis(con-tinentia) vt homo etiã aliquando a licito ſe ab ſtineat propter deum. (caſtitas). vt recte vtat licitis vt vxore ⁊ huiuſ modi(aduerſus huiuſ-modi) ſcilicet opera non eſt lex)quia iuſto non eſt lex poſita ſed malis impoſita eſt lex vt iniquitas eorum per poenas legis puniatur ſed bonis impoſita eſt crux chriſti ergo dicit(qui autem ſunt chriſti).id eſt boni chriſti imitatores.(carnem' ſuam crucifixerunt).id eſt chriſto crucifixo'ſe conformauerunt affligendo car-nem ſuam.(cum vicijs et concupiſcencijs).Lyra.ita q̄ concupiſcentie et vicia mortua ſunt in eis.

## Poſtilla.

SI ſpiritu viuimus ſpũ ⁊ ambulemus.⁊c̄. Ante initium illius epi ſtole ſcribit ſanctus Paulus dicens. Qui ſunt chriſti carnem ſuã crucifixerunt cum vicijs ⁊ concupiſcentijs. Tunc ſtatim ſequitur p̄ ſens epiſtola que euangelio hodierno concordari poteſt hoc modo In euã gelio dicitur. Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Duo domini ſunt caro ⁊ ſpiritus. In epiſtola vero dicit qualiter ſpiritu ſit ambulandum ⁊ non ſecundum carnem. Item in euangelio prohibetur ſollicitudo vite p̄-ſentis. In epiſtola hortamur ad opera ſpiritus viuificantis. Unde apoſ tolus dicit(Fratres.ſi ſpiritu viuimus)id ẽ per ſpiritum ſanctum(ſpiritu ⁊ ambulemus)ſequendo inſtinctum ſpirituſſancti in operibus noſtris vl' dictamen recte rationis. Et quia bonum opus prout freqnenter eſt oc-caſio vane glorie.ideo ſubdit. (non efficiamur inanis glorie cupidi inui-cem prouocantes). Lyra.verbis iniurioſis(inuicem inuidentes) de bõis proximorum dolentes poſt hoc apoſtolus inducit nos ad mutuam ſup-portationem di.(Frẽs ⁊ ſi p̄occupatus fuerit homo). Lyra.per aliquam paſſionẽ inſurgentẽ vel p aliquã ignorãtiã(in aliquo delicto) Ubi ſciẽdũ

ꝙ peccatum ē perpetratio mali ⁊ deſertio boni(vos qui ſpirituales eſtis)
id ē perfectiores in vita ⁊ ſcientia(huiuſmodi inſtruite)id ē ad bonum re/
ducite(in ſpiritu lenitatis)id eſt rationabiliter ⁊ leniter non in impetu fu/
roris(conſiderans teipſum)id eſt fragilitatem propriam(ne ⁊ tu tempte/
ris)id eſt in ſimile peccatum cadere permittaris.ſicut Petrus cadere per
miſſus eſt vt ſciret compati caſibus ſubditoruꝫ(Alter alterius onera por
tate)id eſt infirmitates mutuas ⁊ labores ſubueniendo mutuo(⁊ ſic ad/
implebitis legem chriſti)quę eſt lex charitatis.Gorra.Lex enim Moyſi
fuit lex terroris lex autem chriſti lex amoris Unde Auguſtinus Breuis
differentia legis ⁊ euangeliȷ̄.timor ⁊ amor.(Nam ⁊ ſi quis exiſtimat ſe a
liquid eſſe)id eſt magnū
quid ſe ſentiens in ſup/
bia(cum nihil ſit) de ſe
niſi vanitas ⁊ peccatuꝫ
vt pꝫ.pmo Cor.iiij.qd
habes quod non acce/
piſti(ipſe ſe ſeducit).id ē
ſeorſum a veritate ſe du
cit.quia per hoc in con
temptum fratris.⁊ in a
lia peccata cadit.id ſub
ditur(opus autem ſuū
probet vnuſquiſqꝫ).id ē
diligenter examinet.(et
ſic in ſemetipſo tantuꝫ)
id eſt in teſtimonio pro
prie conſcientię(gloriaꝫ
habebit ⁊ non in alte/
ro)id eſt in falſa laude
alterius cui non eſt cre
dendum(vnuſquiſqꝫ ei
onus ſuum portabit) id
eſt mercedem boni vel
mali operis(communi
cet autem is)id eſt ille(qui cathezíſatur)id eſt inſtruitur(verbo)ſcilicet do
ctrinę(ei) Lyra.ſcilicet doctori ⁊ prelato(qui ſe)id eſt qui eum(cathezíſat)
id eſt inſtruit(in omnibus bonis)quę dicit ⁊ docet non in malis quę facit
vt patet Matthei Uiceſimo tercio.quę dicunt facite.ſecundum opera
vero illorum nolite facere.(nolite errare).ſcilicet credendo.quod poſſitis
eis conformari in malis et illicitis.ſicut dicunt quidam.quare non faci/
am hoc ex quo ſacerdos meus facit(deus non irridetur).Gorra.id eſt non
poteſt falli.(quę enim ſeminauerit homo).in pręſentis vitę labore.(hęc et
metet)in futura retributione.(quoniam qui ſeminat in carne ſua).ſcilicet
fouendo vitia carnalia.(de carne ⁊ metet corruptionem)ſcilicet pœnę ęter
nę(qui autem ſeminat in ſpiritu)id eſt in ſpiritualibus operibus(de ſpū).
id eſt virtute ſpiritusſancti(metet vitam ęternā)pro pmio(bonum āt facie
tes nō deficiamus)ſcꝫ a bono inchoato(tempe em ſuo metemus nō defici

Alter alteri⁹ onera portate.⁊ ſic adim/
plebitis legem chriſti Nam ſi qs exiſti
mat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit ipſe ſe
ſeducit.Opus autem ſuum probet v/
nuſquiſqꝫ.Et ſic in ſemetipſo tantum
gloriam habebit.⁊ non in altero. U/
nuſquiſqꝫ enim onus ſuum portabit.
Communicet autē is qui cathezíſatur
verbo ei qui ſe cathezíſat in omnibus
bonis. Nolite errare. deus non irri/
detur.Quę em̄ ſeminauerit homo.hęc
et metet.quoniam qui ſeminat in car/
ne ſua.de carne et metet corruptionem
Qui autē ſeminat in ſpiritu de ſpiritu
metet vitam ęternam Bonum aūt faci
entes nō deficiamus.tpe em̄ ſuo me/
temus non deficientes.Ergo dum

entes) qꝛ merces erit ęterna) ergo dum tempus habemus) ſcilicet merendi quod breue eſt (operemur bonū ad omnes) ſcilicet generaliter (maxime autem ad domeſticos fidei) Gorra. ad chriſtianos fideles qui domeſtici dicūtur. quia nobiſcum ſunt de familia eiuſdem domus ſcilicet eccleſię quę eſt domus dei.

¶ Poſtilla.

Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus ꝛc. Ante initium illius epiſtolę ſcribit ſanctus Paulus dicens ipſis epheſijs. Vos qui aliquando eratis longe facti eſtis prope in ſanguine chriſti Tunc ſequitur pręſens epiſtola. in qua apoſtolus Paulus docet nos qualiter non ſolum in proſperitatibus. ſed etiam in tribulationibus a bono deficere ꝛ retrocedere non debemus dicens (Fratres Obſecro vos ne deficiatis) Vincentius. ſcilicet in fide ꝛ bonis operibus. ſcilicet me exiſtēte (in tribulationibus meis)

tempus habemus opemur bonū ad oēs maxime aūt ad domeſticos fidei.

¶ Dn̄ica. xvi. ¶ Ad Epheſ. iij

FRatres. Obſecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis. quę eſt glīa vrā Huius rī gratia flecto genu a mea ad patrem domini noſtri ieſu chriſti. ex ꝗ omnis paternitas in cęlo ꝛ in terra nominatur vt det vobis ſcd̄m diuitias glorię ſuę virtutem corroborari ꝑ ſpiritū eius in interiori homine habitare chriſtū ꝑ fidē in cordib vrīs. in charitate radicati ꝛ fundati vt poſſitis cōprehendere cū oībus ſanctis quę ſit latitudo. lōgitudo. ſublimitas. ꝛ profun

id ē in vinculis ꝛ in carceribus (pro vobis) id ē pro doctrina ꝛ fide quā vobis prędicaui (quę) ſcilicet fides (eſt gloria veſtra) id eſt meritum glorię ęternę (huius rei gratia) id eſt ꝓpter hāc cauſam. ſcꝫ vt non deficiatis in fide ꝛ ſanctitate vitę (flecto genua mea) ſcilicet cordis ꝛ corꝑis. (ad patrem domini noſtri ieſu chriſti) Lyra. i. ipſum deuote depcando (ex quo omnis paternitas) ſcilicet tanꝗ ab auctore (in cœlis) id eſt in cœleſtibus angelis (ꝛ in terra) id eſt in terreſtrib hominibus (nomiatur

vt det vobis ſcd̄m diuitias glorię ſuę) id eſt ſcd̄m abundantiam bonitatis ſuę (virtutem) Lyra. patientię in aduerſis (corroborari per ſpiritum eius) id eſt per ſpiritum ſanctum (in interiori homine) ſcilicet in voluntate ꝛ intellectu (habitare chriſtum in cordibus veſtris per fidem) quę purificat habitaculum cordis veſtri (in charitate radicati) ſcilicet quemadmodum arbor quę quanto profundius figit radices in terra. tāto minus euelli poteſt (et fundati) ad ſimilitudinem ſtabilis edificij quia quāto plus ꝛ melius domus fundatur. tanto diutius ſtat (vt poſſitis comp̄hendere) id eſt ꝑfecte intelligere (cū omibus ſanctis) ſcilicet apoſtolis. martyribus. confeſſoribus ꝛ virginibus. ꝛ cum perfectis fidelibus (quę ſit) Gor. id ē quāta debet eſſe (latitudo) charitatis qꝛ in extēſione beneficiorū vſqꝫ ad inimicos vt patet Matthei. quinto. Diligite inimicos veſtros (longitudo) ſcꝫ charitatis qꝛ in ꝑſeuerantia meritorū. vt patet Mat. x. Qui autem ꝑſeue/

rauerit vſq₃ in finem hic ſaluus erit (ſublimitas) ſcȝ charitatis q̄ꝛ in intentione cœleſtium p̄miorū. Vñ Col. iij. Que ſurſum ſunt querite (⁊ ꝓfundum) ſcȝ charitatis. q̄ꝛ in humilitate ex cōſideratōe iudiciorum dei. Vñ pſ̄. xxxv. Judicia dei abyſſus multa. Item oro vt poſſitis (ſcire) id eſt intelligere (etiam ſupereminentem ſcientię charitatē chriſti) q̄ꝛ aīam ſuaȝ ꝓ nobis poſuit. vt patet Joã. xiiij. Maiorem charitatē nemo habet q̄ꝫ vt aīam ſuam ponat q̄s pro amicis ſuis (vt impleamī in oēm plenitudinem dei) Vin. id eſt in omī fructu iuſticię in p̄ñti. ⁊ tandem omni fructu glorię in futuro (ei aūt) id eſt deo patri (q̄ potēs eſt oīa facere) id eſt omnipotēs eſt (ſuperabundanter) Gorra. id eſt ſupra meritū. vt patet ad Romanos viij. Nō ſunt cōdignę paſſiones huius tp̄is ad futuram gl̄am (q̄ꝫ petim⁹) id eſt plus q̄ꝫ petere ſciamus vel pręſumamus. (aut intelligimus) id eſt plus q̄ꝫ ītelligere poſſumus. Ratio q̄a noſtra intellectio ſemper ē finita. ſed ſuū poſſe ē infinitū. igit̄ (ſm virtutē) ſcilicet, diuinaȝ (quę oꝑatur in nobis) Gor. vltra q̄ꝫ petere p̄ſumemus. ſcȝ vt deus hō fieret. ⁊ ꝙ pro nobis moreret̄ (Jp̄i). ſ. deo patri ſit (gl̄ia in ecclesia) Vin. quā in ſanguine filij ſui lauit (et in chriſto Jeſu) id eſt in eius filio (in oēs generationes ſeculi ſeculoruȝ) id eſt in tota cōgregatōne mundi. vbi vna generatio preterit ⁊ altera aduenit. ⁊ ſic quodammodo ſuccedunt ſecula ſeculis.

dum. Scire etiam ſuꝑeminentē ſcientię charitatem chriſti: vt impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei auteȝ qui potens eſt omnia facere ſuꝑabundanter quā petimus aut intelligimus ſm virtutem quę oꝑatur in nobis. ipſi gloria in eccl̄a. ⁊ in chriſto ieſu in omnes generationes ſeculi ſeculoꝝ. Amē.

## ¶ Dñica. xvij. Ad Epheſios. iiij.

um)id ē ſacra ſcriptura.quę quaſi vbiq̄ʒ inducit ad reuerentiam dei et ti/
morem(ipſa laudabit᷑)ſcʒ p̄ cęteris ſcripturis(date ei de fructu mannū ſu
arum)id ē ſtudētib' in ea dabit᷑ fructus glo͛ſoꝝ(et laudēt eā in portis opa
eius)id ē ſapiētes in portis ſedētes cū iudicib' et iſti ſapiētes dicūtur opa
ſacrę ſcripturę inq̄ꝫtum ꝑ eius ſtudiū ſapientiam conſequuntur.

uerunt.⁊ vir eius laudauit eaʒ. Mul
tę filię congregauerunt diuitias.tu ſu
pergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia
et vana eſt pulchritudo.mulier timēs
dominum.ipſa laudabitur. Date ei
de fructu manuum ſuarum et laudēt
eam in portis opera eius

¶ Item de eodem feſto ſcdm ſęcula/
res. Romanorum quinto

FRatres. Sicut per vnius de
lictum in omnes homines in
condemnationem. Sic per v
nius iuſticiam in omnes homines in
iuſtificationem vitę Sicut enim per
inobedientiam vnius hominis pec/
catores conſtituti ſunt multi.ita ⁊ per
vnius obedientiam iuſti conſtituen/
tur multi. Lex autem ſubintrauit vt

¶ Poſtilla

SIcut ꝑ vnius delictū.⁊c̄.Ante initiū illius eplę ſcri.ſcūs Paulus
in eodem ca.di.Si eī vni' delicto mors regnauit ꝑ vnū multo ma
gis abundantiā grē ⁊ donatōis ⁊ iuſticię accipiētes in vita.ſcʒ btā regna
bunt ꝑ vnū ſcʒ ieſum chriſtū Nūc ſeq̄tur pñs epl'a(Frēs Sicut ꝑ vnius
delictū) Lyra ſcʒ adę(oēs hoies in ꝯdemnacōem)Morra.i.ſil' aīę ⁊ corpis
dānatōem(ſic ꝑ vni' hoīs iuſticiā)ſcʒ chri(oēs hoīes in iuſtificatōeʒ vitę)
Lyra.ſicut ꝑ delictū adę ꝑ ꝓpagatōem ⁊ originale pctm̄ oēs hoīes incur
runt dānatōem ſimul aīę ⁊ corpis Sic ꝑ vnius hoīs ſcʒ chriſti paſſiōem

omnes ſunt liberati ſcȝ ab eterna damnatione(Sicut em̄ ꝑ inobedienti/
am vnius hominis)ſcȝ Ade(pctōꝛes conſtituti ſunt multi ita ꝑ vnius).
ſcȝ chꝛiſti(obedientiam iuſti conſtituentur multi) Lyra.quia ſicut ꝑ ino
bedientiā Ade comedentis lignuȝ vetituȝ.poſteri facti ſunt iniuſti.ſic ꝑ o
bedientiam chꝛiſti in ligno crucis ꝛ eius paſſionem ſunt iuſtificati q̄ntuȝ
ad ſufficientiam.ſed ꝙ ꝑ grām chꝛiſti non omnes iuſtificantur.hoc non ꝓ
uenit ex defectu grē.ſȝ ex defectu hominum eam repellentium(lex autem
ſubintrauit)poſt culpam vel legem naturalem.(vt abundaret delictum)

abundaret delictū.vbi autē abūdauit
delictū ſupabundauit ꝛ grā ꝛ ſicut re/
gnauit peccatum in moꝛtē.ita ꝛ grā re
gnat ꝑ iuſticiam in vitā eternam per ie
ſum chꝛiſtum dominū noſtrum

In feſto ſancti Jacobi apoſtoli

Iam non eſtis hoſpites ꝛ adue
ne ꝛc. Hāc eplāȝ q̄re infra in cō
muni ſanctoꝛum de apoſtolis

In feſto ad vincula ſancti Petri

Miſit herodes rex manus vt ꝛc.
Hanc eplām quere an̄ in feſto
ſanctoꝝ Petri ꝛ pauli aplōꝛum

De inuentione ſancti.ſtephani epi/
ſtolam quere ſm̄ oꝛdinariū ꝛ directo
rium tue dioceſis

In feſto ſancti Laurētij.ij. Coꝛin/
thioꝛum nono.

Qui parce ſeminat ꝑce ꝛ metet
et qui ſeminat in benedictōibꝫ

id eſt abundantius co/
gnoſceretur delictum.
multa em̄ erant pctā ā/
te legem que non crede/
bantur eſſe pctā vel nō
eſſe tanta Rhoma.iij.
ꝑ legem cognitio pctī.
(vbi autem abundauit
delictum)ꝑ legem.(ſuꝑ
abundauit ꝛ gratia.(ꝑ
chꝛiſtum peccatoꝛibus
veniam conferendo.(vt
ſicut regnauit peccatuȝ
in mortem).Lyra.id ē
potentiam habuit deij
ciendi ad moꝛtem eter/
nam(ita ꝛ gratia reg/
nat per iuſticiam in vi/
tam eternam).potenter
nos inducendo ad vi/
tam eternam(per ieſum
chꝛiſtum dominum no
ſtrum)qui eſt mediatoꝛ
dei et hominum

Poſtilla.

Qui parce ſeminat.
ꝛc. An̄ initium illi
us epiſtole ſcribit ſanctus Paulus dicens.Pꝛouideamus em̄ bona nō ſo
lum coꝛam deo.ſed etiam corā hoibꝫ.Tunc ſequitur pn̄s eplā.(Frēs.qui
parce ſeminat)ſcȝ dando ꝑuam elemoſynam.(parce ꝛ metet).Lyra.id eſt
minus in pꝛemio recipiet(ꝛ qui ſeminat in benedictionibus) ſcilicet lar/
giter dando(de benedictionibus ꝛ metet)ſcȝ largam retributionem in p̄
mio habebit(Vnuſquiſqꝫ)ſupple det(pꝛout deſtinauit in coꝛde ſuo)id eſt
oꝛdinauit pꝛopia voluntate(non ex triſticia)Gloſa Qui em̄ dat vt care/
at tedio interpellantis.non vt reficiat viſcera indigentis.ꝛ meritum et rē
perdit(aut ex neceſſitate)id eſt coactus ſed ſponte ꝛ hilariter (Hilarem eī
datoꝛem diligit deus)id eſt appꝛobat ꝛ remunerat.qꝛ facit actum virtu/
oſum(potēs eſt aūt oēm grām)Goꝛra.Non ſolum hanc gratiam largi/
tionis elemoſynarum.ſed etiam quamcunqꝫ aliam.(Abundare facere in

vobis) Lyra. vt ſic non doleatis de facto. ſed magis gaudeatis (vt in omnibus) ſcꝫ temporalibus ⁊ ſpiritualibus (ſemper omnem ſufficientiam habentes) tam in voluntate interiori ꝙ in facultate exteriori (abundetis in omne opus bonum) ſcilicet in datione elemoſynarum. ſicut ⁊ in alijs bonis operibus virtutum (ſicut ſcriptum eſt) vñ pſ. cxi. (diſperſit) Lyra. naꝫ elemoſyna pluribus eſt facienda (dedit pauperibus) non hyſtrionibꝫ ⁊ alijs ꝑſonis indignis (iuſticia eius) qui ſic dat elemoſynam (manet in ſeculũ ſeculi) id eſt eternaliter. quia merces iuſticie eſt corona eterna (Qui aũt amminiſtrat ſemẽ ſeminãti) Lyra. id eſt deus qui dat facultatem ⁊ voluntatem dandi elemoſynã (et panem ad manducãdum preſtabit) id eſt neceſſaria victus hoc eniꝫ videtur communiter accidere ꝙ dantes elemoſynas magis abundant in temporalibus ꝙ elemoſynas pauperibus indigentibus denegantes. ⁊ ſi aliquando cõtingit eos depauperari deus hoc ordinat ad maius bonum ipſoruꝫ ſpirituale (⁊ multiplicabit ſemen veſtrum) Lyra. id eſt voluntatem ⁊ facultateꝫ elemoſynas faciendi (⁊ augebit incrementa frugum iuſticie veſtre) Lyra. id eſt mercedem que ex hoc in patria colligetur

de benedictionibꝫ ⁊ metet. Unuſquiſꝙ prout deſtinauit in corde ſuo: non ex triſticia. aut ex neceſſitate. Hilarem eñ datorem diligit deus. potẽs eſt aũt deus oẽm gratiam abũdare facere in vobis. vt in omnibꝫ ſemper omnẽ ſufficientiã habẽtes. abundetis in omne opus bonũ. ſicut ſcriptũ eſt. Diſperſit dedit pauperibus. iuſticia eius maneꝫ in ſeculum ſeculi. Qui autem amminiſtrat ſemen ſeminanti. ⁊ panẽ ad manducandum preſtabit. ⁊ multiplicabit ſemen veſtrum. ⁊ augebit incrementa frugum iuſticie veſtre

¶ In feſto aſſumptionis glorioſe virginis Marie. ¶ Ecci. xxiiij.

In omnibꝫ requiem ꝗſiui ⁊ in hereditate dñi morabor. Tũc precepit et dixit mihi creator oĩm. ⁊ ꝗ creauit me reqeuit in taberna

¶ Poſtilla.

In omnibus requiem queſiui ⁊c. Hodie beata virgo cœlos aſcendens requiem quã queſiuit inuenit. Hodie ſuper omnes angelorum choros fœliciter exaltata pacem ⁊ requiem queſiuit. ⁊ quod queſiuit inuenit. ergo dicit (In omnibus requiem queſiui) ac ſi dicat. Inter oĩa et in omni deſiderio ⁊ ope queſiui requiem ⁊ pacem. ſcꝫ tp̃is pectoris et eternitatis. Et datũ eſt mihi ꝙ (in hereditate domini morabor) vbi ſumma pax eſt ⁊ requies. Et quia mẽtis deſiderio hec queſiui (Tũc) tempore a deo patre p̃finito. ip̃e pater omnipotens (precepit) ſcꝫ Gabrieli ⁊ ꝑ gabrielem (et dixit mihi creator omniũ) ſalutationem angelicam. Cuius effectus ſubditur (⁊ qui creauit me requieuit in tabernaculo meo) Creator enim huius virginis deus eſt qui requieuit in vtero eius nouem menſibus et ſex diebus in quo vtero ſicut miles in tabernaculo armaturam noſtre huma

nitatis accepit ꝯtra diabolum pugnaturus(⁊ dixit mihi)id ē ꝟbo ſpūali
impſſit mihi duplicē.actiuę ⁊ ꝯtēplatiuę vitę ꝯfirmatōem .qđ apparet cū
dr(in iacob inhita ⁊ in iſrahel hereditare ⁊ in electis meis mitte radices)
ac ſi diceret vtriuſq̧ vitę exemplū electis ⁊ ꝑdeſtinatis meis tribue Exem
plū eīm ꝯpaꝶ radici Nā ſicut ex radice ꝓcedit ꝟga ⁊ de ꝟga fructus ſic de
exemplo ꝯcipiꝶ affectio ⁊ ex affectōe ꝓcedit opus(Ab initio ⁊ añ ſcl'a cre
ata ſum ⁊ vſq̧ ad futuꝝ ſcl'm nō deſinā ⁊ in hītatione ſcā corā ipſo mini
ſtraui ⁊ ſic in ſyon firmata ſum)id ē in vita ſpeculatiua(⁊ in ciuitate ſcifi/
cata)id ē in vita actiua(ſil'r requieui)pace pectoris(⁊ in hierl'm ptās mea)
id ē in viſione pacis ¶ Notandū ꝙ hic ꝑ ciuitatē intelligiꝶ vita actiua q̄
iu cōi hoīm hītatione geriꝶ ꝑ ſyon ⁊ hierl'm ꝯtemplatiua demrātur(⁊ ra
dicaui)id ē radices miſi(in ppl'o honorificato.⁊ in ꝑtes dei mei hereditas
illius)id ē ꝑ fructum de
radicib' iſtis ꝓcedētem
erit hereditas illi' ppl'i.
(⁊ in plenitudīe ſcōꝝ de
tentio mea)id ē mora ⁊
ꝑſeuerātia mea erit in
plenitudine ſcōꝝ(Qua
ſi cedrus exaltata ſum ī
libano.⁊ q̄ſi cypreſſus
in mōte ſyon)In liba/
no qui interp̄taꝶ cādor
ꝟcaꝶ candor ꝟginitatis
Lyban' etiā eſt arbor
thuris de q̄ ꝓcedit thus
qđ cremaꝶ in ſacrificijs
in ſuauitatē odoris. Et
talis arbor btā ꝟgo eſt
huius fili' q̄ſi thus in
igne paſſionis cremat'
eſt ⁊ in huius hoſtię fra
grantia delectatus eſt
deus omnipotens Item cedrus odore ſerpentes fugat.bene ergo conueīt
mrī chriſti quia odore nominis ſui demones expellit.Cypreſſus eſt arbor
in medendis apta corꝑib' Syon interp̄taꝶ ſpeculū.ſpeculū eīm homī red
dit imaginem ſuam Deformatus eīm erat homo ꝑ peccatum ſed ꝑ beatā
virginem q̄ fons eſt grē redditur imago homini quam ipſa impetrat pec/
catori a ſuo filio ieſu chriſto(quaſi palma exaltata ſum in cades ⁊ quaſi
plantatio roſę in hiericho)Palma in floribus anguſta dilatando aſcen/
dit ad ſuꝑiora Cades interp̄tatur tranſlatio.vnde beatę virginis tranſla
tio eſt eius aſſumptio.ſicut hodierna die exaltata eſt ſicut palma vt dicit
Salomon Quę eſt iſta q̄ procedit ſicut aurora ꝯſurgens pulchra vt lu/
na electa vt ſol: Hęc eīm in vtero ſcificata In natiuitate ſua claruit vt au
rora in conceptiōe filij ꝑ grām confirmata claruit vt luna hodie aſſump/
ta in cœlum clareſcit vt ſol Hiericho interp̄tatur luna ⁊ in roſa ſignatur
martyrium. Roſa igiꝶ in luna ē martyriū mentis in carne lucida. Unde

culo meo.⁊ dixit mihi In iacob inhīta
et in iſrahel hereditare ⁊ in electis meis
mitte radices Ab inicio ⁊ añ ſcl'a crea
ta ſuꝫ ⁊ vſqꝫ ad futuꝝ ſcl'm nō deſinā ⁊
in hītatōe ſcā corā ipſo miniſtraui.⁊ ſic
in ſyon firmata ſuꝫ ⁊ in ciuitate ſancti/
ficata ſil'r req̄eui ⁊ in hierl'm ptās mea.
Et radicaui in ppl'o hōrificato et in ꝑ/
tes dei mei hereditas illi'.⁊ in plenitu
dine ſcōꝝ detentio mea. Quaſi cedrus
exaltata ſum in libano ⁊ q̄ſi cypreſſus
in monte ſyon q̄ſi palma exaltata ſum
in cades ⁊ q̄ſi plātatio roſę in hiericho
Quaſi oliua ſpecioſa in cāpis ⁊ q̄ſi pla
tanus exaltata ſuꝫ iuxta aquā in plate

ſymeon ſenex dixit ad btām ꝟginē Tuā ipſiꝰ aīam ꝑtrāſibit gladíus doloris Paſſa ē igiꝉ beata ꝟgo martyriū in aīa (quaſi oliua ſpēoſa in cāpis) id ē fons raīe illis pctōribus q̇ ambulāt in campo id ē lata via q̄ ducit ad dānationem vt inducat eos ꝑ pniam in viam arctam q̄ ducit ad vitam (ꝛ quaſi platanus exaltata ſum iuxta aquam in plateis) Platanus latis folijs vmbram faciens refrigerat exterius ꝛ interius Homo āt eſtuat dupliciter exterius in tribulatōibꝫ interius in tētatōibꝫ Ut ergo in ꝟgine plenum oñdatur refrigeriū diciꝉ platanus iuxta aquā in plateis. qꝛ ꝯtra eſtū interioris temptatōis ꝛ exterioris tribulatōis incendium preſtat remedium (ſicut cynamomum ꝛ balſamum aromatizans odorem dedi) Cynamomum quanto gracilius tanto ꝛ melius ꝛ odoratius. ſic btā virgo gracilis ꝛ extenuata ꝑ abſtinentiam et acceptior deo ꝛ mundo odoratione fuit. Similiter ꝛ in balſamo deſignatur opinio ſanctitatis (quaſi mirrha elcā dedi ſuauitatem odoris) Illa mirrha eſt electa . que manat ab arbore minus vulnerata Illa āt minime eſt p̄cioſa que de arboris vulnere manat. Per mirrhā ſignificaꝉ amara mortificatio que ſi ex aīa pctōris vulnerata manat. minus ē p̄cioſa ſi autē abſq̄ vulnere peccati deo oblata fuerit. gratior erit deo ꝛ odore ſuauior

is. Sicut cynamomū ꝛ balſamū aromatizans odorē dedi. ꝛ quaſi mirrha electa dedi ſuauitatē odoris.

¶ In feſto natiuitatis Marie ꝟginis. Eccleſiaſtici. xxiiij.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatē odoris. ꝛ flores mei fructus honoris ꝛ honeſtatis; Ego mater pulchre dilectionis ꝛ timoris et agnitionis et ſcē ſpei. In me gratia omnis vie et veritatis. in me omīs ſpes vite et virtutis. Tranſite ad me omnes qui ꝯcupiſcitis me. ꝛ gñationibus meis adimplemini. Spūs enim meus ſuper mel dulcis. et hereditas mea ſuper mel et fauum. memoria mea in generationes ſcloꝝ. Qui edūt me adhuc eſurient et qui bibūt me adhuc ſicient. Qui au-

¶ Poſtilla.

Ego quaſi vitis. ꝛc. In natiuitate beate virginis marie legitur ꝓ epl'a lectio illa. ꝛ ſumpta ē de eccl'aſtico. xxiiij. q̄ p̄ncipal'r exponitur de chriſto filio btē ꝟginis Honor āt filij ē honor matris. et ecōuerſo honor mr̄is eſt hōr filij Unū dr btā ꝟgo (Ego quaſi vitis) hic ꝯpat btā ꝟgo ſe viti Primo ꝓpter vmbram. nā ſicut vitis gratā vmbraꝫ facit ſic btā virgo obumbrando nos ꝓtegit. Unū p̄s. Sub vmbra alaꝝ tuaꝝ protege nos. Scōo ꝓpter florē. flos ſiq̇dem vitis odore ſerpētes fugat. ſic nomē beate marie ꝟginis fugat demones (fructificaui ſuauitatem odoris) qꝛ ſicut ſine leſione vitis de vite procedit odoris ſuauitas. ꝛ idem odor longe lateq̄ diffundiꝉ. Sic de btā ꝟgie maria ſine leſione pudoris ꝓceſſit filius cuius ptās ꝛ bōitas replet orbē terraꝝ (ꝛ flores mei frcūs honoris ꝛ honeſtatis) id ē abūdantie ꝛ opulētie (Ego mater pulchre dilcōis) hec ē charitas q̄ di

lexit dñm quã nõ maculauit aliquod pctĩ ꝯtagiũ.(⁊ timoris) In timore ſignificatur hũilitas Nam ex humilitate extimuit ad excellentiam ſaluta tionis angelicę Vñ angelus ad eã Ne timeas maria (⁊ agnitionis) In ag nitõe fides intelligit᷑. Nã per fidem agnouit qd̓ credidit. Vñ Elizabeth dixit ad eam Btã quę credidiſti.qm̃ perficientur ea quę dicta ſunt tibi a dño(⁊ ſanctę ſpẽi in me grã oĩs vię ⁊ veritatis)ac ſi dicat In me eſt ille ꝑ carnis aſſumptionem a quo eſt via ⁊ veritas(in me oĩs ſpes vitę ⁊ ꝟtutis Tranſite ad me oẽs qui concupiſcitis me)ac ſi dicat oẽs qui deſideratis me habere fautricem ⁊ adiutricem(tranſite ad me)id ẽ ad ſimilitudinem ⁊ cõformitatem meã vt ſitis imitatores humilitatis mee caſtitatis ⁊ paupꝑtatis(⁊ a gñationib⁹ meis adimplemini) Hę ſunt illę generationes de ꝗ bus dicitur. Emiſſiones tuę paradyſus malorum punicorum.⁊c. Seqns clauſula illius epiſtolę exponitur de filio ꝟgi/ nis marię(Spiritus eĩ meus) ſcʒ ſpũſſanctus. qui cõmuniter ꝓcedit a patre ⁊ filio.⁊ q̇ hic da/ tur in via per inſpirati onem gratiarum(ſuper mel dulcis.⁊ hereditas mea ſuper mel ⁊ fauuʒ) ſcʒ incõꝑabiliter.(me/ moria mea in generatio nes ſeculorum) qꝛ ſapiẽ tiam dei homines ⁊ an geli ſine fine laudabunt Qui edunt me adhuc eſurient.⁊ qui bibũt me adhuc ſitient).edam⁹ eĩ dei ſapientiã ⁊ bibam⁹ quia in ipſa plena eſt ⁊ perfcã refectio.ſi quidem in corꝑalibus rebus ap/ petitus placet.experientia diſplicet Sed ſpũalis delectatio tanto plus a comedente eſuritur.quanto plus ab eſuriente comeditur.ęterna eñ ſatie tas auget deſiderium. Ecõtrario mũdana refectio deſiderium extinguit ⁊ tedium facit.vñ ⁊ angelis dictum eſt. Fruuntur nec faſtidiunt.ſed magis frui ſitiunt(qui audit me)obediendo mandatis meis(non confundetur)ſʒ ęterna mercede coronabitur(⁊ qui operantur in me)id eſt qui ſic operan/ tur vt maneant in me ⁊ ego in eis(non peccabunt) Qui eñ manet in deo non peccat mortaliter(Qui elucidant me)ſcʒ predicando verbo ⁊ exem/ plo(vitam ęternam habebunt)qꝛ ſicut dr̃ Daniel.xij. Qui autem docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.⁊ qui ad iuſticiam erudiũt multos.quaſi ſtellę in perpetuas ęternitates.

dit me non confundetur:⁊ qui operan tur in me nõ peccabũt Qui elucidant me vitam ęternam habebunt.

¶ In exaltatõe ſcẽ crucis Epła

Hoc eñ ſentite in vobis qd̓ ⁊ in chriſto ieſu Illam epłam quere ante in dñica palmaꝝ.

¶ In feſto ſcĩ Mathei apłi. Eph.iiij.

FRẽs. Unicuiqꝫ nrm̃ data eſt gratia ſecundũ menſurã dona tionis chriſti.propter qd̓ dr̃ Aſcẽdens in altũ captiuã duxit captiuitatem.de dit dona hoĩbus.ꝙ aũt aſcendit quid

¶ Poſtilla.

Unicuiqꝫ nrm̃ data eſt.⁊c. Añ initiũ illius epłe ſcri.ſcũs Paulus di. Unus dñs.vna fides.vnũ baptiſma.vn⁹ de⁹ ⁊ pr̃ oĩm qui eſt ſuꝑ õ/ nes ⁊ ꝑ oĩa.⁊ in oĩb⁹ nobis. Tũc ſequitur ſtatim pñs epiſtola Unicuiqꝫ

# Pagina

noſtrum) Lyra. ſcꝫ chriſti fidelium (data eſt gratia ſm̄ menſuram dona/
tionis chriſti) id ē prout voluit dare plus ⁊ minus ſm̄ ordinationem diſ/
poſitionis ſuę (propter quod dīt) ſupple ſcriptura. in pſ̄. lxvij. (Aſcendens
in altum) ſcꝫ chriſtus in aſcenſione ſua (captiuam duxit captiuitatem). id
eſt patres qui prius tenebantur in limbo (dedit dona) ſcꝫ ſpiritusſancti (ho
minibus) in die penthecoſtes viſibiliter ſcꝫ in igneis linguis. (Quod aūt
aſcendit quid eſt) id eſt qualiter eſt intelligendum (niſi quia deſcendit pri/
mum) ſcilicet in ſua morte. (in inferiores partes terrę) ſcilicet ad limbum
patrum in inferno qui dicitur eſſe ſub terra (qui deſcendit ipſe eſt). ſcilicet
idem in perſona. (⁊ qui
aſcendit ſuꝑ omnes cœ
los vt adimpleret om/
nia) ſcꝫ ſcripta a ꝓphe/
tis q̇ nō ſolum ꝓpheta/
uerūt de eius incarnatō
ne. morte. ⁊ reſurrectōe
ſed etiā de eius aſcēſio/
ne. (Et ipſe dedit quoſ/
dam quidē apoſtolos).
Lyra. ſcꝫ. xij. ad ordinā
dū ⁊ regendū eccleſiam
(quoſdā autē ꝓphetas)
ad futura p̄dicendum.
(alios ꝟo euāgeliſtas).
ſcꝫ q̄ttuor ad ſcribendū
euāgelia (alios āt paſto
res) ſcꝫ ad curam aīaꝝ
(⁊ doctores) ad informā
dum in moribus ppl'm.
(ad cōſummatiōem ſcō
rum in opus miſterij).
id eſt ꝑfectionem fideli/
um in moribus ⁊ fidę.

eſt. niſi quia deſcendit primū in inferi/
ores partes terrę. Qui deſcēdit ipē eſt. ⁊
q̇ aſcēdit ſuꝑ oēs cęlos vt adimpleret ō
nia. Et ipē dedit quoſdā quidē apoſto
los. quoſdā aūt ꝓphetas. alios vero e/
uāgeliſtas alios aūt paſtores ⁊ docto/
res ad ↄſūmatōem ſcōꝝ in opus mini
ſterij in ędificatōem corꝑis chriſti. do/
nec occurram⁹ oēs ī vnitatē fidei ⁊ ag
nitōis filij dei in viꝝ ꝑfectū in menſu/
ram ętatis plenitudīs chriſti

In feſto ſcī Michaelis. ⁊ oīm ange
loꝝ. Apocalipſis. i.

In diebus illis Significauit
deus quę oportet fieri cito. lo/
quens per angelum ſuū ſeruo ſuo Jo/

(in ędificatōem corꝑis chriſti) Lyra ſcꝫ myſtici qd̄ eſt eccl'a in qua apl'is
ſuccedunt epī ꝓphetis āt hn̄tes grām ſcripturaꝝ ſcāꝝ obſcura interp̄tādi
⁊ euāgeliſtis archidyaconi. ⁊ dyaconi. doctores. paſtoribꝰ. ꝑ q̄s intelligūt
lxx. diſcipuli ſuccedūt ſacerdotes. curati. doctoribꝰ aūt oēs exercētes debi
te actū docēdi ſeu p̄dicandi (donec) Lyra. i. dcā officia exercebūt in eccl'ia
militāte (occurramus oēs in vnitatē fidei ⁊ agnitōis filij dei). i. q̇ ſumus
vniti in fide ⁊ cognitōe chriſti (in viꝝ ꝑfectū). i. occurramus chriſto veniē
ti ad iudiciū. qui ē vir omnino ꝑfectus (in menſurā ętatis plenitudīs chri/
ſti) oēs eīm reſurgēt in ętate. xxxiij. annoꝝ. q̄ eſt ętas plena ⁊ ꝑfecta. ⁊ in q̄
chriſtus paſſus fuit. Hęc omnia Lyra ponit.

Poſtilla.

Significauit deus. ⁊c̄. Añ initiū illius lcōis ſcribit ſcūs Joānes in
principio illi⁹ libri dcī. Apo. Jeſu chriſti quā dedit illi deus pater pa
lam facere ſeruis ſuis quę oporter fieri cito. Tunc ſequitur ſtatim p̄ſens

epiſtola(In diebꝫ illis.ſignificauit deus q̄ oportꝫ fieri cito)Ex quo hodie pagit̄ feſtū oīm angeloꜝ tunc in illa lcōe q̄ hodie in miſſa ꝑ ep̄la legitur. oſtenditur qualiter dn̄s miſterio angeloꜝ ſua reuelat myſteria ꝛ ſecreta.et qualiter ad btm̄ Joānem euāgeliſtā quē chriſtus ſpēal̄r dilexit ꝑ angelū reuelatio ꝑuenit. Dicit itaqꝫ btūs ioānes(Significauit de⁹ q̄ oportet fieri cito)id ē ea q̄ ſuę eccl̄ę futura erāt ſiue ꝓſpera ſiue aduerſa(loquēs ꝑ āgelum ſuū ſeruo ſuo ioāni)angel⁹ em̄ appebat in ſilitudīe hoīs loquens ioanni(q̄ teſtimoniū ꝑhibuit ꝟbo dei). In ṗncipio ſui euāgelij.cum dixit. In principio erat ꝟbum(ꝛ teſtimonium ieſu chriſti)id eſt de ieſu chriſto. cum dixit Et ꝟbum caro fcm̄ eſt ꝛ hītauit in nobis(q̄cunqꝫ vidit).oculis corporalibꝫ in eius ꝯuerſatōe miraculoꜝ opatōe morte ꝛ reſurrectōe. ſicut patet in euāgelio qđ ipe ioānes ſcripſit(Beatus q̄ legit)ſibi vł alijs(ꝛ qui audit).aure mentis ꝟba ꝓphetię huius.(et ſeruat ea).ſ.in ope(q̄ in ea ſcripta ſunt nō enim auditores ſꝫ legis fcōres iuſtificabunt̄ apud deum(tempus em̄ ꝓpe eſt) Ly.id ē cito trāſiēs q.d.labor patię breuis eſt.ꝛ p̄mium beatitudinis ęternū.ideo aduerſa nō debēt nos frangere.nec ꝓſpera leuare)Joannes ſeptēꝫ eccleſijs q̄ ſunt ī aſia)ſibi ſpēaliter cōmiſſis ꝛ ab ipſo ſpēaliter dilcis(grā vobis) ſcꝫ in p̄ñti vita(ꝛ pax) in futura Nam ibi quietabitur totaliter appetitus humanus(ab eo) ſcilꝫ chriſto(qui eſt)eſſentialiter coęternus deo prī(ꝛ qui erat).ſcꝫ cum deo prē in creatione mundi(ꝛ qui venturus eſt)ſcꝫ in gl̄a prīs in die iudicij(ꝛ a ſeptem ſpiritibꝫ) Lyra.id eſt vniuerſitate angeloꜝ qui ſunt miniſtri noſtrę ſalutis(q̄ in cōſpcū throni eius ſunt)parati exequi eius volūtatem(ꝛ a ieſu chriſto qui eſt teſtis fidelis)paternę gl̄ę ꝛ maieſtatis(ṗmogenitus mortuorum)id eſt ṗmus inter reſurgentes a mortuis. Licet em̄ ante ipſum lazarus ꝛ plures alij fuerunt a morte reſuſcitati.hoc tamen fuit ad vitaꝫ mortalem quia poſt reſurrectionem ecōuerſo mortui ſunt. Sed chriſtus ſurrexit ad vitam immortalem quia mors illi vltra non dn̄abitur Rho. vi.ꝛ ṗnceps regum terrę.ꝓpter qđ dixit poſt ſuā reſurrectōem Data ē mihi modo omnis ptās in coelo ꝛ in terra vt ptꝫ Mat.vltimo.q̄ dilexit nos.id eſt ſola dilectiōe ſua ꝛ nō meritis nr̄is.ꝛ lauit nos a pctīs noſtris Lyra.originalibꝫ ꝛ actualibꝫ.in ſanguine ſuo.quia ſacramentum baptiſmi ꝛ etiam ſacramentum penitentię q̄bus deletur originale.ꝛ etiam actuale peccatum efficatiam habent a paſſione chriſti.

**anni qui teſtimoniū ꝑhibuit ꝟbo dei ꝛ teſtimoniū ieſu chriſti quęcunqꝫ vidit Beatus qui legit et q̄ audit ꝟba ꝓphetię hui⁹ et ſeruat ea q̄ in ea ſcripta ſunt. Tps em̄ ꝓpe eſt Joānes ſeptem eccl̄ijs q̄ ſunt in aſia Grā vobis et pax ab eo q̄ eſt ꝛ qui erat ꝛ q̄ ventur⁹ eſt.ꝛ a ſeptem ſpiritibꝫ q̄ in ꝯſpcū throni ei⁹ ſunt.ꝛ a ieſu chriſto q̄ eſt teſtis fidelis ṗmogenitus mortuoꜝ.ꝛ ṗnceps regum terrę q̄ dilexit nos.ꝛ lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.**

Poſtilla.

Ecce ego Joannes.rc. Lectio iſta legitur in feſto omnium ſanctorum pro eo q in ipſo agitur de innumeroſitate ſanctorum. et etiam de gratiarum actione quam ſancti reddunt dño qui eſt ſcũs ſcõrum dicit ergo ſcũs Joannes(Ecce ego Joannes vidi alterum angelum).ſcʒ ieſum chriſtum quem dicit angelum tanq̃ʒ a deo prẽ miſſum(aſcendentem ab ortu ſolis.id eſt de ſinu patris(habentem ſignum dei viui)per quod apparet q ipſe ſit verus deus. Hoc aũt ſignum eſt potentia qua pri equalis eſt. et immunitas peccati(et clamauit)ſcʒ angelus iſte(voce magna) id eſt cum magno imperio(quattuor angelis)i. vniuerſis malignis ſpiritibꝫ q̃ p quattuor mũdi ptes impedire nitũtur ſalutẽ hoim.(quibꝫ datum eſt/id ẽ pmiſſuʒ eſt.(nocere terre et mari dicẽs Nolite nocere terre)i.illis q̃ terrenis ſunt deditt ſicut auari(et mari)id ẽ illis q̃ voluptatibus carnis viuũt.ſicut luxurioſi et crapuloſi.(neqʒ arboribus)i.illis qui ſe extollũt ſuper alioſ ſicut ſupbi. Hec em̃ phibitio eſt refrenatio qua dñs malignos ſpũs refrenat.ne noceant q̃tũ cupiunt iuſtis.vel peccatoribꝫ pdeſtinatis ad vitã eternã.(quoaduſqʒ ſignemꝰ)ſcʒ ego interiꝰ et miniſtri mei exterius (ſeruos dei nri)ſcʒ ſigno crucis(in frontibꝫ eorũ) .i.ita eos ſignemꝰ ſigno fidei.q ipſa fides in pfeſſione maifeſte appeat. Et ponitr hic .quo aduſqʒ.p nunq̃ʒ .qr nunquã nocebũt maligni ſpũs electis dei q̃bꝫ oĩa coopantr in bonum Roma.viij Qui ſi cadũt fortiores reſurgũt Vñ Ambro. Certus ſum q deus nulluʒ electorum ſuorum cadere pmitteret.ſi eum meliorẽ a caſu ſuo reſurrcũrum nõ ſenſiſſet(et ego ioãnes audiui) i.intellexi(numerum ſignatorum centũ q̃dragintaq̃ttuor millia ſignati(ex oi tribu filiorum iſrl).i.ex oibus gentibꝫ fidem Jacob imitãtibꝫ. Hũc ãt nũerum per duodecim tribꝫ ſequẽs ſcriptura diuidit

In feſto aplorum Symonis et Jude

Scimus qm̃ diligentibꝫ deum rc. Iſtã eplãm quere infra in cõi ſcõrum de apoſtolis.

In feſto oim ſcõrum. Apocal.vij.

Ecce ego ioãnes vidi alterum angeluʒ aſcendentẽ ab ortu ſolis hñtem ſignum dei viui.et clamauit voce magna q̃ttuor ãgelis q̃bꝫ datũ ẽ nocere terre et mari dicẽs Nolite nocere terre et mari neqʒ arboribꝫ.q̃aduſqʒ ſignemꝰ ſuos dei nri in frõtibꝫ eorum. Et ego ioãnes audiui nũerum ſignatorum centũ q̃dragintaq̃ttuor millia ſignati .ex oĩ tribu filiorum iſrl. Ex tribu iuda.xij. millia ſignati Ex tribu ruben.xij millia ſignati Ex tribu gad.xij millia ſignati Ex tribu aſſer.xij. millia ſignati. Ex tribu neptali.xij millia ſignati Ex tribu manaſſe.xij millia ſignati Ex tribu ſymeõ xij.millia ſignati Ex tribu leui.xij. millia ſignati. Ex tribu iſachar.xij.millia ſignati Ex tribu ʒabulon.xij.millia ſignati. Ex tribu Joſeph.xij.millia ſignati Ex tribu beniamin.xij.millia ſignati.

et vnicuiq; tribui aſſignat duodecim millia. Item attendendum ꝙ hic Judas preponitur ruben primogenito ꝓpter dignitatem q2 de tribu iuda natus eſt chriſtus. Et hic ꝑtermittit dan de quo naſcet᷑ Antichriſtus. Et loco iſtius ponitur hic manaſſes. q̇ fuit filius Joſeph quem frēs ſui vendiderunt. ⁊ ductus fuit in egyptū. ⁊ ibi genuit duo filios. Effraim ⁊ manaſſen. Et effraim hic non ponitur. qđ ideo fit q2 de effraim natus eſt roboaz qui fecit ſciſma ⁊ diuiſionem iſrahel. ꝑ quod oñditur ꝙ ſciſmatici ⁊ heretici a numero ſcõꝝ ſunt pœnitus alieni (Poſt hec vidi turbā magnam quā

Poſt hec vidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat ex oīb; gentib; et tribub; ⁊ ꝑplis ⁊ linguis ſtātes aū throuū. ⁊ in conſpcū agni amicti ſtolis albis. et palme in maib; eoꝝ. Et clamabant voce magna dicētes Salus deo nrõ q̇ ſedet ſuꝑ thronū et agno. Et oēs angeli ſtabāt in circuitu throni ⁊ ſeniorum ⁊ q̄ttuor aīalium. ⁊ ceciderunt in conſpcū throni in facies ſuas ⁊ adorauerūt eū dicētes Amē Bn̄dictio ⁊ claritas ⁊ ſapia ⁊ grāꝝ actio hõr ⁊ ꝟtus ⁊ fortitudo deo nrõ in ſcl'a ſcl'oꝝ amen

¶ In feſto Martini ep'la

Ecce ſacerdos magn⁹ q̇ in diebus ſuis. ⁊c̄. Quā ep'lam q̄re iīfra in cōi ſcõrum.

¶ Item de ſancta Elizabeth

Mulierē fortem q̇s inueniet. ⁊c̄. Hanc ep'lam quere āte in feſto Marie magdalene.

nemo dinumerare poterat ex omnibus gentibus. id eſt barbaris nationibus (⁊ tribub;) ſcz vnius gētis ſcz filiorum iſrl' (⁊ ꝑpl'is) ſingularum vrbiū (⁊ linguis). q̄ in vna gēte quādoq; diuerſe ſunt ⁊ erāt (ſtātes ante thronū) quaſi ꝑati obedire deo (in cōſpcū agni) ſcz vt cōſpicerentur ab agno. id ē ieſu chrō. (amicti ſtolis albis) .i. dealbati per baptiſmū et penitentiā in hac vita ꝑn̄ti (⁊ palme) id eſt gl'a triumphalis (in manibus eorum) id eſt operibus eoꝝ qđ ad ſtatum futurū ꝑtinet. (Et clamabant voce magna). reddentes ꝓ ſalute ſua dn̄o grārum actiones. (dicentes Salus deo nrõ) ſcz deo prī. (qui ſedet ſuper thronū). id eſt ſuper ſanctos ſuos in q̄bus iudicat. ⁊ aſſcribitur (agno) ſcilicet filio dei. (Et omnes angeli ſtabāt) tanquam deo obedire parati. (in circuitu throni ⁊ ſeniorum ⁊ quattuor animalium). id eſt epiſcoporum ⁊ patriarcharum iam in cœlo regnantium (⁊ ceciderunt in conſpectu throni in facies ſuas ⁊ adorauerunt deum) ſcilicet humiliantes ſe coram deo (dicentes Amen). Iſtud amen eſt confirmatio huius laudis (benedictio). id eſt laus. (⁊ claritas). id eſt impaſſibilitas. (et ſapientia). que nouit omnia. (⁊ honor) id eſt reuerentia. (⁊ graciarum actio). pro collatis beneficijs. (⁊ virtus). id eſt potentia operandi (⁊ fortitudo). id eſt effectus virtutis ſuperne potentie (deo noſtro in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Poſtilla.

S Cimus qm̄ dili. ꝛc. An̄ initiū illius ep̄l'ę ſcribit ſcūs Paulus in eo
dem cap̄l'o di. Non ſunt ꝯdignę paſſiones huius tp̄is ad futuram
gl'am quę reuelabitur in nobis. Tunc ſeq̄tur p̄ns ep̄l'a. Frēs ſcim⁹ qm̄ di
ligētib⁹ deū. Gorra. id eſt charitatem dei ⁊ proximi habentibus. om̄ia co
operantur in bonum. ſcilicet per ſpiritum ſanctum tam proſpera ꝙ̄ ad/
uerſa. Econtrario. malis omnia cooperantur in malum. his qui ſ̄m pro/
poſitum. Lyra. id eſt predeſtinationem vocati ſunt ſancti. ſcilicet in pre/
ſenti per gratiam ſanc/
tificantem. Iſtis etiā
pctā propria in bonum
proueniunt quia fortio
res et cautiores reſur/
gunt. Et etiā in gloria
ad donum eorum facit
peccatorū memoria. ſi/
cut cicatrices vulnerū
ad gloriam militis qui
in bello finaliter trium
phauit. Nam quos prę
ſciuit. id eſt antequam
eiſent cognouit. et pre/
deſtinauit id ē ill' grām
in p̄nti et gl'am in futu
ro p̄parauit. cōformes fi
eri imaginis filij ſui.
Lyra. quia filiatio ad
optiua dei eſt quędam
ſimilitudo filiatiōis na
turalis diuinę. vt ſit ip
ſe primogenitus in mł'
tis fratribus. id eſt in/
ter multos fratres ſcili
cet omnes fideles. He/
breorum ſecundo. Non
confunditur fratres e/
os vocare dicens. Narrabo nomen tuum fratribus meis. quos autem pre
deſtinauit. Gorra. id eſt ab ęterno ad gloriam eligit. hos et vocauit. ad fi/
dem adducendo. et hoc vel exterius per predicationem. vel interius per in
ſpirationem (et quos vocauit hos et iuſtificauit. Peccatorum remiſſione
⁊ bona operatione. quos autem iuſtificauit. peccata remittendo. illos et
magnificauit. in virtutibus amplificando vel in gloria exaltando. Quid
ergo dicemus ad hęc? ſi deus pro nobis. ſcilicet nos adiuuans. Si hic ac/
cipitur pro quia. quia deus eſt pro electis. quis contra nos? quaſi diceret
nullus. quia nullus poſſit reſiſtere poteſtati diuinę. qui etiam proprio fili
o ſuo. ſcilicet naturali. non pepercit. ſed pro nobis. ſcilicet peccatoribus.
omnibus tradidit illum. ex maxima dilectione ad electos. Quō nō etiā
cū illo. ſcȝ nobis donato. omnia nobis donauit? ſcȝ ad ſalutem neceſſaria

¶ In feſto ſcē Katherinę ṽginis ⁊ mar
tyris ep̄l'a.

G Ui glori atur in dn̄o gl'etur. ꝛc.
Hanc ep̄l'am quere infra in cō
muni ſcōꝝ de virginibus.

¶ Incipit poſtilla de cōmuni ſcōꝝ. et
p̄mo de apoſtolis. Roma. viij.

S Cimus qm̄ diligentib⁹ deum
oīa coop̄ātur in bonū his qui
ſ̄m propoſitū vocati ſunt ſcī.
Nā quos p̄ſciuit et p̄deſtinauit cōfor/
mes fieri imaginis filij ſui vt ipſe ſit p̄
mogenitus in multis fratribus. Quos
āt p̄deſtinauit hos ⁊ vocauit. ⁊ quos
vocauit hos et iuſtificauit. Quos autē
iuſtificauit illos ⁊ magnificauit. Quid
ergo dicemus ad hęc? Si deus pro no
bis q̇s ꝯtra nos? q̇ etiā ꝓprio filio ſuo
non pep̄cit. ſed pro nobis oīb⁹ tradidit

grām in p̄ſenti ꝛ gloꝛiam in futuro(quis accuſabit aduerſus electos dei?)
ſcꝫ in iudicio finali.q.d.nullus ꝛ cauſa ſubdit(deus q̇ iuſtificat)ſententian
do pro electis.Jdeo ꝑs aduerſa demonum nō audebit nutare(q̇s eſt q̇ cō/
demnet)q.d.nullus(Jeſus qui moꝛtuus ē)Boꝛ.pro nobis reconciliandis
(immo qui ꝛ reſurrexit)pro nobis reſuſcitandis(qui ē ad dexteram dei) ꝓ
nobis in cœlum eleuandis(qui etiam interpellat pro nobis )Lyra .apud
patrem oſtendendo latus ꝛ vulnera.ꝛ ſic tollitur omnis condemnatiois
cauſa.Unde Bernardus.Mater oſtēdit filio pectus ꝛ vbera.filius oſtē
dit patri latus ꝛ vulnera.nulla poteſt eſſe repulſa vbi ſunt tot amoꝛis in/
ſignia(quis ergo nos ſeparabit a charitate chꝛiſti)quaſi diceret nullus.Ni
hil em̄ poteſt hominem a deo ſeparare niſi moꝛtale peccatum( Tribula/
tio.an āguſtia.an fames.an nuditas.an ꝑiculū.an ꝑſecutō an gladi⁹)Nū

illuꝫ.Quō nō etiā cum illo oīa nobis
donauit.quis accuſabit aduerſus ele
ctos dei?deus q̇ iuſtificat.quis eſt qui
cōdemnet?chꝛiſtus ieſus q̇ moꝛtu⁹ eſt
immo q̇ ꝛ reſurrexit.q̇ eſt ad dexteraꝫ
dei.qui etiā interpellat ꝓ nobis.quis
ergo nos ſeꝑabit a charitate chꝛiſti.tri
bulatio.an anguſtia.an fames.an nu/
ditas.an periculum an perſecutio.an
gladius?Sicut ſcriptum eſt.qꝛ ꝓpter
te moꝛtificamur tota die.Eſtimati ſu
mus ſicut oues occiſionis.Sꝫ in his
omnibus ſuꝑamus ꝓpter eum q̇ dile/
xit nos.Certus ſum em̄ qꝛ neqꝫ moꝛs
neqꝫ vita.neqꝫ angeli.neqꝫ ꝓ̇ncipatus
neqꝫ v̇tutes.neqꝫ inſtantia.neqꝫ futu/
ra.neqꝫ foꝛtitudo.neqꝫ latitudo.neqꝫ
pꝛofundum.neqꝫ creatura alia pote/
rit nos ſeꝑare a charitate dei.que ē in
chꝛiſto ieſu domino noſtro.

q̇d ergo ſeꝑabūt nos iſta
a charitate chꝛiſti? non
quia charitas oīa ſuf
fert omnia ſuſtinet.pꝛi.
Corin.xiij.(Sicut ſcri
ptum eſt)in pſ̄.xliij.(qꝛ
pꝛopter te moꝛtifica/
mur tota die)id eſt va/
rijs toꝛmentis ducimur
ad moꝛtem quaſi conti/
nue.ſicut patuit in apo
ſtolis ꝛ martyꝛibus(eſti
mati ſumus ſicut oues
occiſionis)Lyra.qua ꝛ
occiſio reputatur vtilis
pro lana ꝛ carnibus ha
bendis.ſic tyꝛanni bo/
na martyꝛum capiebāt
et cum hoc obſequium
ſe pꝛeſtare deo reputa/
bant.vt patet Joannis
xvi.Uenit hoꝛa vt om
nis qui interficit vos ar
bitretur obſequium ſe
pꝛeſtare deo(Sꝫ in his
omnibus)ſcilicꝫ poſitis
(ſuꝑamus)id eſt vin/
cimus)propter eum)id ē eius virtutem ꝛ amoꝛem(qui dilexit nos.Certus
ſum em̄ quia neqꝫ moꝛs)Lyra.id ē timoꝛ moꝛtis(neqꝫ vita)id ē amoꝛ vi/
te(neqꝫ angeli)ſcꝫ infimi pꝛime hierarchie(neqꝫ pꝛincipatus)id eſt medij
eiuſdem hierarchie(neqꝫ virtutes)id eſt ſupꝛemi.ſcilicet eiuſdeꝫ hierarchie
quoꝛum eſt facere miracula.Et per hos etiam intelliguntur alij ſuperio/
res illis(neqꝫ inſtantia)id eſt pꝛeſentia mala vel bona(neqꝫ futura)mala
vel bona(neqꝫ foꝛtitudo)id eſt alicuius violentia(neqꝫ latitudo)id eſt pro
ſperitas foꝛtune(neqꝫ pꝛofundum)id eſt aduerſitas(neqꝫ creatura alia)a ꝑ

dictis(poterit nos ſeparare a charitate dei)qua deum diligimus(que ē in
chriſto ieſu domino noſtro)ſcilicet nobis oſtenſa.quia maiorem charitatē
nemo habet ꝛc. Joannis.xv.

¶ Poſtilla.

IAm non eſtis hoſpites ꝛc. Ante initiū illius epiſtole ſcribit ſan
ctus Paulus in eodem capitulo dicens. Deus qui diues eſt in mi
ſericordia propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos.cum eſſemus
mortui peccatis cōuiuificauit nos in chriſto cuiꝰ gratia eſtis ſaluati Poſt
modum ſequitur preſens epiſtola poſt pauca(Fratres. Jam non eſtis ho
ſpites ⁊ aduene) Lyra.a deo ⁊ a ſanctis eius(ſed eſtis ciues ſanctorum)id
eſt de nūero eorum(⁊ domeſtici dei)id eſt in eccleſia dei receptꝭ(ſuperedifica
ti)id eſt inſtructi(ſuper fundamentum apoſtolorum ⁊ prophetarum)id eſt
ſuper doctrinam noui ⁊ veteris teſtamēti(ipſo ſummo angulari lapide chri
ſto ieſu) Lyra.in edifica
tione templi ſalomōis.
vt dicitur. fuit quidam
lapis pluries reiectꝰ ab
edificantibus.eo ꝙ non
conueniebat loco cui ap
plicabatur finaliter op/
time ſedit in ſummitate
edificij in angulo duos
parietes coniungendo.
et fuit figura chriſti iu/
deos ⁊ gentiles tanquā
duos parietes in vnam
eccleſiam coniungentis
Unde dicitur in Pſ.
cxvij. Lapidem quem
reprobauerunt edifican
tes.hic factꝰ eſt in caput
anguli ⁊ a domino fac/
tum eſt iſtud. Et iſtam
figuram ponit hic apo/
ſtolus vt dictum eſt (in
quo omnis edificatō cō
ſtructa)tam a iudeis ꝙ̄
a gentibus(creſcit)ſcili/
cet per augmentum vir
tutum(in templum ſan
ctum in domino)id eſt quouſqꝫ ſit templuꝫ domini ſanctum(in quo ⁊ vos
coedificamini)cum alijs fidelibus(in habitaculum dei in ſpiritu ſancto)id
eſt ipſo cooperante.ſine quo nullum opus eſt accœptum deo.

¶ Item alia epiſtola de apoſtolis. Ad
Epheſios ſecundo.

FRēs. Jam nō eſtis hoſpites et
aduene ſꝫ eſtis ciues ſcōꝝ ⁊ do
meſtici dei ſupedificati ſup fundamen
tū aplōꝝ ⁊ ꝓphetaꝝ ipo ſummo angu
lari lapide chriſto ieſu in quo oīs edifi
catio cōſtructa creſcit in templū ſctm̄
in dn̄o in quo ⁊ vos coedificamini in
habitaculū dei in ſpiritu ſancto.

¶ Sequitur epiſtola de euangeliſtis
Eccleſiaſtici.decimoquinto.

QUi timet deum faciet bona.et
qui cōtinens eſt iuſticie appre
hendet illam ⁊ obuiabit illi quaſi ma
ter honorificata ⁊ quaſi mulier a virgi
nitate ſuſcipiet illū. Cibabit illū pane
vite ⁊ intellectus ⁊ aqua ſapientie ſalu
taris potabit illum.⁊ firmabitur in il
loꝰ ⁊ non flectetur et continebit illum

¶ Poſtilla.

QUi timet deum.ꝛc. Ante initium illius lectionis habetur in pre/
cedenti capitulo. Beatus vir qui in ſapientia morabitur ⁊ qui in
iuſticia meditabitur ⁊ in ſenſu cogitabit circumſpectionem dei. ¶ Tunc
poſtmodum ſequitur preſens lectio(Qui timet deum) Lyra.ſcilicet timo

re filiali(faciet bonum)ſupple opus(et qui continens eſt iuſticię) Lyra. id eſt tenens eam in corde ſimul ⁊ opere(apprehendet illam)ſcilicet ſapientiam diuinam(⁊ obuiabit illi) Nam preoccupat eos qui ſe concupiſcunt vt illis prior ſe oſtendat. Sapientię. ſexto.(quaſi mater honorificata) Lyra omni honore digna(Cibabit illum pane vitę)id eſt verbo ſacrę ſcripturę) Unde Matthei. quinquageſimotercio. Non in ſolo pane viuit homo ſꝫ in omni verbo quod procedit de ore dei(et aqua ſapientię ſalutaris potabit illum)id eſt gratia ſpiritusſancti. De qua dicitur Joānis. quarto Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei. fiet in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternam(et firmabitur in illo) Lyra. deo firmiter adherendo(⁊ non flectetur)a rectitudiue iuſticię(et continebit illum)id eſt deus continebit euꝫ ſe

et nō cōfundetur ⁊ exaltabit illū apud proximos ſuos. Et in medio ecclę aperuit os eius. ⁊ adimpleuit eū dn̄s ſpū ſapientię ⁊ intellectus ⁊ ſtola glę induit eū. Jucūditatem ⁊ exultatōem theſaurizauit ſup illū ⁊ noīe ęterno hereditauit illū dominus deus noſter

¶ Item epiſtola de vno martyre. Eccleſiaſtici. xxxi.

Beatus vir qui inuentus eſt ſine macula ⁊ qui poſt aurū nō abijt nec ſpauit in pecunia et theſauris. Quis ē hic ⁊ laudabimus eū: fecit eñ mirabilia in vita ſua. Qui probatus ē in illo ⁊ pfectus inuētus ē et erit illi in glā ęterna Qui potuit trāſgredi ⁊ nō eſt trāſgreſſus facere mala et nō fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in dn̄o Et elemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorū.

cum per perſeuerantiaꝫ in bono(⁊ non confundetur)cum reprobis ſed honorabitur cum electis Ideo ſequitur(et exaltabit illum apud proximos ſuos) Lyra. id ē apud ſanctos ſuos qui ſunt deo propinqui. Et quia talis non ſolum ſibi proficit ad ſalutem. ſed etiam alijs ideo ſeq̄tur(et in medio eccleſię aperuit os eius) ſcilicet ad docendum populuꝫ (et adimpleuit eum dominus ſpiritu ſapiētię) ad deguſtanduꝫ diuina (et intellectus) ad proponendum ea lucide in eccleſia(et ſtola glorię) ſcilicet corporis ⁊ animę(induit eum)quod ſpſit perſeuerātibus in exemplari vita ⁊ ſalutari doctrina(Jucunditateꝫ et exultationem theſaurizauit ſuper illum)id eſt multiplicauit. Et quoniam hęc gloria non ē trāſitoria. Ideo ſubditur(et nomine ęterno hereditauit illum dominus deus noſter)

¶ Poſtilla

Beatus vir qui inuentus eſt ſine ⁊ cętera. Ante initium illius lectionis habetur ibi. Qui aurum diligit non iuſtificabitur. Tunc ſtatim poſt hoc ſequitur pręſens lectio(Beatus vir)ſcilicet dites in acquiſitione iuſta(qui inuentus eſt ſine macula) ſcilicet cupiditatis et auaricię(et qui poſt aurum nonabijt) Nicolaus de lyra. Per concupiſcentiam ⁊ voluntatem malā. Sed magis aurū ſecutum eſt eum

# Pagina

cuius obſequio vſq₃ eſt in opibus pijs ⁊ honeſtis (nec ſpauit in pecūia et theſauris) ibi cōſtituendo finē ſnū (Quis eſt hic ⁊ laudabimus eū?) q.d. rarus ē ⁊ laude dignus (fecit em̄ mirabilia in vita ſua) Illa em̄ quę rara ſunt hoīes mirātur (qui ꝓbatus eſt in illo) ſcʒ auro (⁊ ꝑfectus inuentus eſt. in operibꝰ liberalitatis ⁊ miſericordię. ⁊ erit illi in gloria ęterna. Vñ Mat. xxv. Venite benedicti pr̄is mei. ⁊c. ꝗ potuit tranſgredi. nã diuitię dant oportunitatē faciēdi mala. ⁊ nō eſt trāſgreſſus ⁊ facere mala ⁊ nō fecit. per ſtabilitatē volūtatis eius in bono. ideo ſtabilita ſunt bona illius in dño. Nam pro tꝑalibꝰ recipit ęterna. ⁊ elemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorum. ſcʒ ad informationem aliorum.

¶ Poſtilla.

Beatus hō qui inuenit ſapientiam ⁊c. Añ initiū illius lectionis habetur. Quē em̄ diligit deus corripit ⁊ quaſi pater in filio cōplacet ſibi. Tūc ſtatim ſequit̄ pñs lectio. (Btūs hō ꝗ inuenit ſapientiã. Ly. i. noticiã de diuīs. et ꝗ affluit prudētia. in agibilibꝰ hũanis. melior ē acꝗſitio eius negociatōe auri ⁊ argēti. tanto meliora ſunt ſpūalia bona corꝑalibꝰ. p̄mi et puriſſimi fructus eius. Et notāter dicit primi. qꝛ nullū opus hoīs bonū eſt niſi virtute prudentię dirigat̄. ⁊ puriſſimi qꝛ bona ſpūalia non habent aliquod maluʒ admixtū ſicut frequēter habent bona corporalia ſicut aurum ⁊ argentum ⁊ ſimilia habēt annexam mētis ſollicitudinē eleuationem mentis ad deum impedientē ideo ſubditur. p̄cioſior eſt cūctis opibꝰ ſapiētia ⁊ oīa q̄ deſiderātur huic nō valēt cōparari. Lōgitudo dieꝝ in dextera eius. qꝛ talis p̄mo ⁊ principaliter habet aſpectum ad cœleſtia ⁊ ęterna. ⁊ in ſiniſtra illius diuitię ⁊ gloria. quia ſecundario et ex conſequenti aſpectum ad temporalia bene adminiſtranda. Vię eiꝰ vię pulchrę. ⁊ oēs ſemitę eius pacificę. Quia nullam turpitudinem admittit. et ad decorem virtutum inducit. ⁊ ſic hominem pacificatum reddit redigendo vires inferiores in obſequium rationis. Lignum vitę eſt his ꝗ apprehenderint eam. Lyra. Sicut em̄ ꝑ lignum vitę cōtinuabatur vita. vt ſic homo manens in ſtatu innocentię de vita naturę tranſiſſet ad vitam

¶ Item alia epiſtola de vno martyre. Prouerbiorum. iij.

Beatus homo qui inuenit ſapientiam ⁊ qui affluit prudentia. Melior eſt acquiſitio eius negociatōne auri ⁊ argenti p̄mi ⁊ puriſſimi fructus eius. p̄cioſior eſt cūctis opibꝰ ſapientia. ⁊ omnia quę deſiderantur huic non valent cōparari. Lōgitudo dierum in dextera eius ⁊ in ſiniſtra illius diuitię ⁊ gloria. Vię eius vię pulchrę. et omnes ſemitę eius pacificę. Lignū vitę eſt his qui apprehenderint eam et qui tenuerint eam beati. Dominus ſapientia fundauit terram. ſtabiliuit cęlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyſſi et nubes rore concreſcunt.

glorię ſine morte media ſic ſapientia ꝛ prudentia de vita gratię ducit hominem ad vitam glorię ſine morte mortalis culpę intermedia dum tñ homo in ea ꝑſeueret (ꝛ qui tenuerit eã beatus) quia certitudinaliter ad beatitudinem deducetur (dñs ſapientia fundauit terrã) id ẽ ꝑ ſapientiã ſuã (ſtabiliuit cœlos prudẽtia) quia ſunt incorruptibiles (ſapientia illius erupeꝛunt abyſſi ꝛ hoc tempore deluuij vt habetur Geneſis. vij. Rupti ſunt õnes fontes abyſſi magni (ꝛ nubes rore concreſcunt) qꝛ colore ſolis eleuantur exaltatões humidę ꝛ condenſantur in nubes.

¶ Item alia Epiſtola de vno martyre Eccleſiaſtici. xiiij.

Beatus vir qui in ſapientia morabit̃ ꝛ qui in iuſticia meditabitur ꝛ in ſenſu cogitabit circũſpectionem dei. Libabit illum pane vitę ꝛ intellectus ꝛ aqua ſapiẽtię ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo ꝛ nõ flectetur ꝛ continebit illum ꝛ non confundetur ꝛ exaltabit illum apud proximos ſuos. ꝛ nomine ęterno hereditabit illum dñs deus noſter

¶ Item alia epiſtola de vno martyre Eccleſiaſtici. xxxix.

Iuſtus cor ſuũ tradet ad vigilandũ diluculo ad dñm qui fecit illũ. ꝛ in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione pro pctĩs ꝛ delictis ſuis depcabit̃ Si enĩ dñs magnus voluerit ſpũ intelli-

¶ Poſtilla

Beatus vir qui in ſapientia. ꝛc. Añ inicium hui⁹ lectionis habet̃ in eodẽ capitulo Beatus vir qui nõ eſt lapſus ṽbo ex ore ſuo. Tũc poſt hoc ſequitur pñs lectio nõ poſt pauca. (Beatus vir qui in ſapiẽtia morabit̃) Ly. meditando diuina quorũ cognitio proprie dicitur ſapientia quaſi ſapida ſcientia. (ꝛ qui in iuſticia meditabitur) ſ. reddendo deo debitum cultum ꝛ proximo ſuo amorem fraternũ (et in ſenſu cogitabit circumſpectionem dei). id eſt ꝙ deus circumſpiciat omnia ꝛ vbiqꝫ Unde Hebre. iiij. Omnia nuda ꝛ aperta ſunt oculis eius (Libabit illuꝫ pane vitę) id eſt ṽbo ſacrę ſcripturę (ꝛ intellectus et aqua ſapientię ſalutaris potabit illum) id eſt gratia ſpiritus ſancti (et firmabitur in illo) Lyra. deo firmiter adherendo (et non flectetur) ſcilicet a rectitudine iuſticię ꝛ continebit illum ꝛ non confundetur) ſcilicet cum reprobis ſed honorificabitur cum electis (et exaltabit illum apud proximos ſuos) id eſt apud ſanctos ſuos qui ſunt deo propinqui (et nomine ęterno hereditabit illum dominus deus noſter)

¶ Poſtilla.

Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum ꝛc. Ante initium illius lectionis habetur in eodem capitulo. Sapientiam omniuꝫ antiquorum exquiret ſapiens. Et narrationem virorum nominatorum conſeruabit. Tunc ſtatim ſequitur pręſens lectio ſiue epiſtola poſt pauca (Iuſtus cor ſuum tradet) Lyra. voluntarie (ad vigilandum diluculo) id eſt a iuuẽ-

tute(ad dominum qui fecit illum)ſcȝ ad ipſum intentionem dirigens de/
uote ⁊ attente(in conſpectu altiſſimi deṗcabitur)pro impetratione ſapiẽ/
tię(aperiet os ſuum in oratione pro peccatis ⁊ delictis ſuis )ſcilicet emen
dandis(deprecabitur)vt ſic ad receptionem diuinę ſapientię diſponatur.
(ſi em̃ dominus magnus voluerit ſpiritu intelligentię replebit illum ⁊ ip
ſe)ſpiritu intelligentię repletus(tanq̃ꝫ imbres)id eſt abundanter(mittet e/
loquia ſapientię ſuę)ad docendum ignorantes(⁊ in oratione confitebitur
domino)totum affectum attribuens honori diuino(et ipſe)ſcilicȝ deus (di
riget conſilium eius)in agendis(et in abſconditis ſuis conſiliabitur) ſcili/
cet obſcura clarius ſibi reuelando(⁊ ipſe)ſcilicet a deo illuminatus( palaȝ
faciet diſciplinam doctrinę ſuę)ſibi reuelata alijs propalando(⁊ in lege te
ſtamenti domini gloria
bitur)hęc em̃ eſt gloria
ſapientis in lege domi/
ni meditari ( collauda /
bunt multi ſapientiam
eius)non dicitur om̃es.
ꝙ homĩes mundani ip/
ſum reputant imprudẽ
tem eo ꝙ non quęrit ſci
entiam lucraturam ( et
vſq̃ꝫ in ſęculum non de/
lebitur)ſcilicet doctrina
ſapientię eius.vt patet.
Matthei.xxiiij.Coelũ
et terra tranſibunt ver
ba autem mea non trã/
ſibunt(non recedet me
moria eius)ſcilicet ſapi
entis(et nomen eius re
quiretur a generatione
in generationem ) quia
per doctrinaȝ ab eo ſcri
ptam remanebit nomẽ
eius inter homines qui
vtuntur illis ſcriptis ad
profectum ſuum ⁊ ad ſa
lutem animarum ſuaꝝ

gentię replebit illuȝ ⁊ ipſe tãq̃ꝫ imbres
mittit eloquia ſapiẽtię ſuę ⁊ in oratio/
ne confitebitur dño ⁊ ipſe diriget con/
ſilium eius ⁊ diſciplinam. ⁊ in abſcon
ditis ſuis conſiliabitur. Ipſe palaȝ fa
ciet diſciplinã doctrinę ſuę ⁊ in lege te
ſtamenti domini gloriabitur Collau/
dabunt multi ſapientiam eius ⁊ vſq̃ꝫ
in ſęculũ nõ delebitur Nõ recedet me
moria eius ⁊ nomen eius requiretur
a generatione in generationem

¶ Item epiſtala de pluribus marty/
ribus. Sapientię.iij.

IUſtorum animę in manu dei
ſunt. ⁊ nõ tanget illis tormen
tũ mortis. Viſi ſunt oculis inſipiẽtiũ
mori ⁊ ęſtimata ẽ afflictio exitꝰ illoruȝ
Et ab itinere iuſto abierũt in extermi
niũ Et qd̓ a nobis eſt iter exterminij il
li autẽ ſunt in pace. Et ſi coram homi

¶ Poſtilla.

IUſtorum animę in manu dei ⁊c. Ante initiuȝ illius lectionis ha
betur ſic. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terraꝝ Imi/
tant aũt illum qui ſunt ex parte eius. Tunc ſeq̄tur pręſens lectio ſiue epi/
ſtola(Iuſtoꝝ animę in manu dei ſunt) Ly.ſunt aĩę iuſtoꝝ immortales. ⁊
ideo ſeꝑatę a corporibꝫ ꝑ mortẽ. Et ſunt in manu diuinę miſericordię ꝑ ſe
curitatẽ glorię cõſequẽdęꝰ Nam a tpe paſſionis chriſti poſt q̃ꝫ aperta eſt ia
nua glorię ſi non habent aliq̄d ad purgandũ ſtatim euolant ad gloriam.
Si aũt habent aliquid ad purgandũ detinẽtur in manu diuinę iuſticię in

pœna purgatorij ad tempus. Sunt tamē ſecure de ſua beatitudine conſequenda. ergo dicitur hic (Juſtorum anime in manu dei ſunt ⁊ non tanget illos tormentum mortis) ſcʒ tormentum iehenne (Viſi ſunt oculis inſipientium mori) totaliter in anima ⁊ corpore (et eſtimata eſt afflictio exitus illorum ⁊ ab itinere iuſti abierunt in exterminium) id ē exitus eorum de hoc mundo reputatus eſt mera afflictio ab illis qui nullam vitaʒ homis credunt poſt hanc vitam (⁊ qd̄ a nobis eſt iter exterminij) ſm̄ errorēʒ illorum q̄ dicūt homines recedentes a nobis per mortem totaliter exterminari (illi autē) ſcʒ iuſti (ſunt in pace. Et ſi coram hominib⁹ tormēta paſſi ſunt ſpes illorum immortalitate plena eſt) q꞉ nō p̄t amitti. Immortalitas vero ade non fuit plena q꞉ amitti poterat ⁊ fuit amiſſa (in paucis vexati id eſt tribulati (in multis bene diſponentur) ꝑ gloriam anime ⁊ corporis (quoniam deus temptauit eos) ſcilicʒ vt virtus patientie eorum nota fieret alijs ad exemplum imitationis (et inuenit eos dignos ſe tanq̄ʒ auruʒ in fornace probauit illos) ſcʒ quod ibi non deterioratur. ſʒ melioratur (et in tempore retributionis erit reſpectus illorum (non ſoluʒ q̄ʒtum ad animam. ſed etiam q̄ʒtum ad corpus quod reſurget glorioſuʒ (fulgebunt iuſti. per dotem claritatis. ⁊ tanq̄ʒ ſcintille in arūdineto diſcurrent. per dotem agilitatis. iudicabunt nationes. nam perfecti iudicabunt cum chriſto in iudicio finali. ⁊ dominabūtur populis. ⁊ regnabit dominus illorum in perpetuum.

nibus tormēta paſſi ſunt ſpes illoruʒ immortalitate plena eſt In paucis vexati in multis bene diſponētur. quoniam deus tēptauit eos ⁊ inuenit eos dignos ſe Tanq̄ʒ auꝝ in fornace ꝓbauit illos ⁊ quaſi holocauſti hoſtiā accepit illos ⁊ in tp̄e retributionis erit reſpectus illorum. Fulgebunt iuſti ⁊ tanq̄ʒ ſcintille in arundineto diſcurrent. Judicabunt nationes ⁊ dn̄abūtur p̄plis. et regnabit dn̄s illoꝝ in ꝑpetuum

¶ Item alia epiſtola de martyribus. Sapientie quinto.

Juſti aūt in ꝑpetuū viuēt ⁊ apud dn̄m eſt merces eorū ⁊ cogitatio illoꝝ apud altiſſimū Jdeo accipient regnū decoris. ⁊ dyadema ſpēi de manu dn̄i. qm̄ dextera ſua teget eos et brachio ſancto ſuo defendet illos. Et accipiet armaturam zelus illius. ⁊

¶ Poſtilla

Juſti aūt in ꝑpetuum viuent ⁊c̄. Añ initiū illius lectionis habet in eodē ca. q̄ damnati in inferno quotidie clamāt. Quid nobis ꝓfuit ſupbia aut diuitiaꝝ iactātia q̄d cōtulit nobis trāſierūt oīa illa tanq̄ʒ vmbra. Tūc ſeq̄tur pn̄s lectio q̄ hodie ꝓ ep̄la in miſſa legit̄ in qua demōſtratur que ſit merces martyrū. qualiter a domino protecti armati ad pugnā cōtra inimicos fidei proceſſerūt. ⁊ ſic ad eternā beatitudinem peruenerunt. ergo hic dicitur. Juſti aūt in ꝑpetuum viuent. ſcilicet vita glorie. et apud dominum eſt merces eorum. ſcilicet a quo ſperant premiari. non a

mundo (et cogitatio illorum apud altiſſimum) ad cuius honorem ordinauerunt facta ſua (Ideo accipient regnum decoris ⁊ dyadema ſpeciei de manu domini) ſcilicet cœleſtem gloriam vbi nihil eſt turpe (quoniam dextera ſua teget eos) reponendo eos in beatitudine. que per dexteram intelligitur (et brachio ſancto ſuo defendet illos) In hoc deſignatur ſecuritas beatitudinis que a nullo poteſt auferri. Poſt hoc deſcribit miſeriam iniquorum dicens (et accipiet armaturam zelus illius) Nam ex zelo iuſticie procedit ad turbationem malorum (et armabit creaturam ad vltionem inimicorum) Lyra. Nam omnibus creaturis vtetur ad afflictionem reproborum. Sicut econuerſo omnes creature cedent ad gloriam electorum. (Induet pro thorace iuſticiam) a qua non poterit deflecti cum ipſe ſit regula iuſticie (et accipiet pro galea iudiciuȝ certum) Nam iudicando non poteſt deficere (Sumet ſcutum inexpugnabile equitatem) que ita erit euidēs ꝙ nullus eā poterit īpugnare (ibunt directe emiſſiōes fulgurum) ad afflictioneȝ malorum (et ad certum locum deducet illos dominus deus noſter) Nam ſcōm ꝙ dominus preordinauit de ipſis ita ⁊ ipſi predicationis ⁊ paſſionis certa loca adierūt.

¶ Poſtilla

omnes in ipſum crederent. ⁊ hoc eſt quod ſequitur (vt omnes crederent) in ipſum ſcilicet in chriſtum (per illum) ſcilicet ioannem (non erat ille lux) ſꝫ erat tantum teſtis illius luminis. Unde ſequitur (ſed vt teſtimonium ꝑhiberet de lumine) id eſt de incarnata diuinitate (erat lux vera) id eſt naturalis fons totius luminis ꝑ eſſentiam (q̄ illuminat omnem hoīem veniē in hūc mundū) Lyra. quantū eſt in ſe qꝛ ſi aliq̄ nō ſunt illuīati hoc eſt ꝙ ſe ſubtrahunt ab influētia huius lucis Un̄ Chriſ. Paratus ē illumīare ſed nō oēs illuminant qꝛ claudunt viā lumīs Exmplum de ceco exiſtente in ſole (in mundo erat).

venit in teſtimonium. vt teſtimonium perhiberet de lumine vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux. ſed vt teſtimoniuꝫ ꝑhiberet de lumine. Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum In mūdo erat. ⁊ mundus per ip̄m factus eſt. ⁊ mundus eum non cognouit In ꝓpria venit. ⁊ ſui eū nō receperūt. Quotquot autem receperunt eū dedit eis poteſtatē filios dei fieri. his qui credunt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus. neqꝫ ex voluntate carnis. neqꝫ ex voluntate viri. ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt et habitauit in nobis. ⁊ vidimus gloriam eius glo

ꝑ pn̄tiam diuinitatis. qꝛ nō eſt locus ubi nō ē deus (⁊ mūdus eum nō cognouit) id eſt pctōres mūdialiter viuētes. (in ꝓpria venit) id ē in mundum qui ſuus eſt. vt parte ab eo factus. Beda. In mūdo erat ꝑ diuinitatem In mundū venit per incarnatōem venire quippe vel abire eſt humanitatis ⁊ manere diuinitatis Unde ſenſus eſt venit id eſt viſibilis apparuit per incarnationem (⁊ ſui eum non receperūt) id eſt iudei q̄ dicūtur ſui. Quia ſcđm carnē erat ex eoꝝ genere quia de ſemine dauid qui erat rex in iſrl̄ vſqꝫ in ſempiternū. ſcđm illud Deutrono. xxvi. Elegit te dominus in populum peculiarem (⁊ ſui) id eſt iudei (eum). ſcꝫ conditorē ſuum (non receperunt) ſcꝫ per fidem qꝛ pauci de iudeis comparatiue crediderunt chriſto. Unde Eſaie. primo. Filios enutriui ⁊ exaltaui. ipſi auteꝫ ſpreuerunt me (quotquot autem) Gorra. ſiue iudeus. ſiue gentilis. ſiue nobilis. ſiue ignobilis. ſiue fœmina. ſiue maſculus. ſiue puer ſiue ſenex (receperunt eum) per fidem credendo (dedit eis poteſtatem filios dei fieri). per generationem baptiſmi qui non datur niſi profitentibus fidem chriſti ꝑ ſe ſi ſint adulti vel per aliuꝫ ſi ſunt paruuli Et in hoc notatur magna charitas dei. ꝓ. Jo. iij. Uidete qualem charitatem dedit nobis pater vt filij dei nomiēmur ⁊ ſimus. Et inſuper magna vtilitas hominis Unde Rho. viij. Si filij ⁊ heredes. heredes quidem dei. coheredes autem chriſti. Sed poſſet queri quibus data fuit hec poteſtas. Idcirco ſubdit (his qui credūt in nomine eius). quaſi diceret his qui credunt chriſtum eſſe verum deum et verum hominem. Et iſtis data eſt poteſtas ꝙ ſint filij dei quod autem iſta generatio ſpiritualis differt a carnali generatione oſtendit ſanctus Joannes Euangeliſta dicens. (Qui non ex ſanguinibus neqꝫ ex

bus. necꝫ ex voluntate carnis. necꝫ ex volũtate viri. ſed ex deo nati ſunt) Gorra. q. d. hi ſunt filij dei. nõ qui generãtur ex cõmixtione ſeminuꝫ viri ⁊ fœmine cõcupiſcentia vtriuſꝗ mouẽte actum generatõis. ſcꝫ ꝑ gratiaꝫ adoptionis in baptiſmo Vñ Ioã. iij. Quod natum eſt ex carne caro eſt ⁊ qđ natum eſt ex ſpũ. ſpũs eſt (Et ꝟbum caro factum eſt) id eſt deus homo factus eſt (⁊ habitabit in nobis). Tho. id eſt inter nos homines (⁊ vidimus gloriã eius) ſcꝫ in miraculis ſicut eſt ſuſcitatio mortui. illuminatõ ceci. ⁊ ſic de alijs. Et etiam viderunt ꝙ creature obediebant ei ad nutum ſuuꝫ ſicut dño ⁊ creatori. Vñ homĩes in naui exiſtẽtes cum aplis qñ orta ẽ magna tẽpeſtas dixerũt vt habeť Mathei. viij. Qualis ẽ hic qꝛ venti ⁊ mare obediunt ei? Sꝫ poſſet. q̃ri q̃lem glam? Rñdet euangeliſta (glam quaſi vnigeniti a pr̃e) Tho. i. nõ ſicut videmus glam aliorum ꝓphetaꝝ ⁊ ſcõꝝ. ſed talem ⁊ tantam vt decet vnigenitum. quia chriſtus cõmuniter miracula faciebat ĩꝑando vt ptꝫ ex diſcurſu euangelij ꝑ quod oſtẽdebať ꝙ illa faciebat ꝟtute ꝓpria. ſicut deus qui eſt omnipotens propter hoc dicitur Luce. vi. ꝙ virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes. (plenum gratia). Tho. vt remittat peccata. (⁊ veritatis). vt impleat promiſſa.

riam quaſi vnigeniti a patre. plenũ gratia ⁊ veritatis.

## Dñica infra octauas natiuitatis domini Luce. ij.

IN illo tpe Erãt ioſeph ⁊ maria mater ieſu mirantes ſuper his que dicebantur de illo Et benedixit illis ſymeon. ⁊ dixit ad mariã matreꝫ eiꝰ Ecce poſitus eſt hic in ruinam. ⁊ in reſurrectionem multoꝝ in iſrahel ⁊ in ſignum cui contradicetur Et tuaꝫ ipſius animam pertranſibit gladius vt reuelentur ex multis cordibus cogitatões Et erat Anna prophetiſſa filia pha

## Poſtilla.

ERant ioſeph ⁊ maria mater ieſu. ⁊c̃. Luce. ij. Hiſtoria huius euãgelij facta eſt Anno incarnatõis chriſti primo. iiij. nonas Februarij feria quinta. luna. xi. indictione quarta. Ante inicium illius euangelij ſcribit ſanctus Lucas in eodem ca. ꝙ ſymeon accepit pueꝝ ieſum in vlnas ſuas ⁊ benedixit deum ⁊ dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſcdm ꝟbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. ⁊c̃. Tunc ſequitur euangelium hodiernum. (Erant ioſeph ⁊ maria mater ieſu) Et hodiernum euangelium factum eſt in die purificationis marie. ſcꝫ quadrageſimo die poſt natiuitatem chriſti. Et in hoc euãgeliũ poniť parentum chriſti admiratio dicẽs (Erãt ioſeph) q̇ erat pater putatiuus chriſti Luce. iij. Et ipſe ieſus erat incipiẽs quaſi ãnoꝝ. xxx. vt putabať filiꝰ Ioſeph. vel qꝛ nutritius eius ſicut nutrix pueri dꝛ mater eiꝰ (⁊ mater ieſu) ſcꝫ virgo maria (mirãtes ſuper his que dicebanť de illo) tũc a ſymeone ⁊ ab ãna vidua. ⁊ prius a paſtoribus in nocte chriſti. ⁊ etiam a tribus regibus quos ſtella adduxit ad chriſtum. xiij. die poſt natiuitatẽ chriſti (⁊ benedi

ꝑit illis Symeon. ⁊ dixit ad Mariã mrẽm eius) dixit aũt ad mariam magis ꝗ̃ ad Joseph. qꝛ magis ꝑtinebat ad eã de puero qꝛ ipſa erat vera mater chꝛi (Ecce hic) id ẽ chꝛiſtus (poſitus eſt) id ẽ a deo ſtatutus (in ruinã) Goꝛra. ſcꝫ nõ credẽtium (⁊ in reſurrectionem multoꝛum in iſrahel) ſcilicet credentium. Item in ruinam vitioꝛum. ⁊ in reſurrectionem virtutum (et in ſignum) Lyra. ſcꝫ fœderis inter homines ⁊ deum (cui contradicetur) a ſacerdotibus legiſperitis. phariſeis. ⁊ multis alijs qui negauerunt euꝫ eſ ſe meſſiam ⁊ mediatoꝛem dei ⁊ hominum (Et tuam ipſius animam per/ tranſibit gladius) id eſt doloꝛ dominice paſſionis. Non em̃ potuit videre filium ſuum crucifigi ſine affectu doloꝛis materni. Damaſcenus Dolo/ res quos effugit maria pariens. hos tempoꝛe paſſionis chꝛiſti ſuſtinuit. Ex his patet quod maius fuit martyꝛium beatę Marię virginis ꝗ̃ ali oꝛum ſanctoꝛum. Unde hieronymus in ſermone de aſſumptione beatę Marię virginis d̃t. ꝙ quia in parte impaſſibili paſſa eſt plus ꝗ̃ martyꝛ fuit. Quia alij martyꝛes paſſi ſunt in coꝛpoꝛe. iſta in coꝛde (vt reuelentur ex multis coꝛdibus). id eſt multoꝛum coꝛdibus (cogitationes) quę pꝛius occultabantur Nam tẽ poꝛe paſſionis chꝛiſti patuit malicia ſacerdo/ tum. odium iudeoꝛum. duricia populi. incon/ ſtantia pilati. auaricia Jude. puſillaĩmitas pe tri ⁊ alioꝛum apoſtolo/ rum. ⁊ conſtantia fidei in Maria virgine Ly ra. licet beata virgo ex paſſione filij maxime af flicta fuerit. tamen in fide immobilis ⁊ firmi ter ſtetit. Alij autem a poſtoli ⁊ diſcipuli quan tumlibet ſolidi dicũtur dubitaſſe. ⁊ circa hanc fidem fluctuationem diuerſarum cogitationuꝫ ha buiſſe vſqꝫ dum viderunt ipſum a mortuis reſurrexiſſe (Et erat anna ꝓphe tiſſa) quia donum pꝛophetię habuit (filia phanuel de tribu aſer). Goꝛra. ꝙ fuit patriarcha ⁊ in numero duodecim patriarcharum octauus Et ſic cõ mendatur ſancta Anna a genere ⁊ nobilitate (hęc). ſcꝫ anna pꝛoceſſerat in diebus multis. ⁊ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem) ſcꝫ non diuidẽdo carnem ſuam cum alio Unde Gen̄. ij. Erunt duo in carne vna (a virginita te ſua) quia vſqꝫ ad matrimoniũ virginitatem ſuam ſeruauit (Et hęc vi/ dua vſqꝫ ad annos octogintaquattuoꝛ) Hic cõmendatur ꝙ tam longo tẽ poꝛe in viduitate permanſit. ⁊ quamuis iuuenis fuit quando vir ſuꝰ obijt tamen alium vir non duxit (ꝗ̃ non diſcedebat de templo) Lyra. non ꝙ ibi ſemper eſſet ſed frequẽter. Sic de homine ꝯgruo tꝑe ſollicite frequẽtanti eccl'am d̃ꝛ cõi mõ loquẽdi. talis eſt ſꝑ in eccl'a (ieiunijs) quibꝫ incentiuum carnis repꝛimitur (⁊ obſecratõibus) id eſt ſacris oꝛõibus qbꝫ mens in deum

nuel de tribu Aſer Hęc ꝓceſſerat in di ebus multis ⁊ vixerat cũ viro ſuo an// nis ſeptẽ a virgĩtate. ſua et hęc vidua vſqꝫ ad annos octogĩta quattuoꝛ quę nõ diſcedebat de templo ieiunijs et ob ſecrationibus ſeruiẽs nocte ac die. Et hęc ipſa hoꝛa ſuperueniens confiteba// tur domino. ⁊ loquebatur de illo omĩ bus qui expectabant redemptioneꝫ iſ rahel. Et vt perfecerunt omnia ſcd̃m legẽ domini. reuerſi ſunt in galileam in ciuitatem ſuam nazareth Puer autem

eleuatur(ſeruiens nocte ac die)id eſt valde frequēter (⁊ hec ipſa hora ſuperue niens ſcȝ in die purificationis marię. Lyra. non a caſu vel diſpōne huma na .ſed ſpiritusſancti reuelatione. ſicut dictum eſt a ſymeone. (confitebat domino)ſcȝ gratias agens deo de tanto beneficio adimpleto. (⁊ loquebat de illo omnibus qui expectabant redemptionem iſrahel)id eſt populi iſra helitici annuncians eis natum eſſe ſaluatorem mundi(⁊ vt perfecerunt ō nia ſm legem domini)ſcȝ maria ⁊ ioſeph ſcȝ nihil obmittentes q̄bus non tenerentur(reuerſi ſunt in galileam ciuitatem ſuam nazareth. Puer au tem creſcebat)ſcȝ in corpore ſm ꝙ homo(⁊ ꝯfortabat) augmēto roboris quo ad corpus(plenus ſapiētia)qꝛ in eo ſunt oēs theſauri ſapię ⁊ ſcientię abſconditi(⁊ gratia dei erat in illo) Lyra. qꝛ totā plenitudinē grē habuit ab inſtanti ſuę ꝯceptionis Sed q̄tum ad oſ̄ſionem ab effectu magis ap parebat ſm ꝙ ille in corpe creſcebat. vn̄. Theophilus dr̄ Si chrūs a iu uentute omnem ſapiam ſuam demōſtraſſet viſum fuiſſet quaſi prodigiū ꝙ ergo creſcebat non ſic intelligendū eſt ꝙ quaſi aliquo tempore minus habuiſſet de gratia ⁊ ſapia. ⁊ poſtea hoꝝ recepit incrementum quia ple nus fuit diuinitate ſapi entia ⁊ ſcīa ab inſtanti ſuę cōceptōis. Dicitur aūt notāter(creſcebat). id eſt creſcere videbatur nūc minus. nūc magis ſuā ſapiam manifeſtās ⁊ grām .ſicut ſol. q̄uis eiuſdem lucis ⁊ caloris ſit mane ſicut in meride tn̄ creſcere ⁊ augere dr. quo ad eos q̇ magis eius lucē ⁊ calorem ꝑcipiūt Vn̄ circa pn̄s euangeliū vbi dr. Et tuā ipſius aīam ꝑtrāſibit gladius Sciendū ꝙ gladius ſymeo nis nouies ꝑtranſiuit aīam ꝟginis Marię tpe paſſionis chriſti Primo qn̄ audiuit eum captum ⁊ ligatum eſſe a iudeis. ⁊ pn̄tatum. primo Annę poſtmodū cayphę. Scdo qn̄ in die paraſcheues hora tercia vidit eum exi re. crucem portantem inter duos latrones ꝯſputum flagellatuȝ. ⁊ corona tum ſpinis ⁊ ad locū paſſionis ⁊ mortis ſuę feſtināter euntem Tercio q̄n do vidit eum exui nudum. ⁊ ſuꝑ crucē clauis affigi. Quarto qn̄ vidit eum cum cruce eleuari ⁊ a ſacerdotibꝫ iudeoꝝ ⁊ ab alijs ꝑtereuntibꝫ ei cōuicia inferri dicētibꝫ Vach q̇ deſtruit tēplum dei. ⁊ in triduo reędificat illd̄ Alī os ſaluos fecit ſeipm̄ non p̄t ſaluum facere. ſi filius dei ē deſcendat nūc de cruce. Quīto quādo audiuit eum petere potum. ⁊ nō potuit hr̄e hauſtū aque. ſȝ datum fuit ſibi vinum felle mixtum Sexto quādo vidit eū ꝑ maxī mo dolore lachrymātem ⁊ dicētem Dn̄e deus meus vt q̇d me dereliq̇ſti. Septimo quādo ꝑ magna pœna clamās in cruce voce magna emiſit ſpī ritum Octauo quādo poſt eius mortem vidit cor eius lancea ꝑforari Nō no quādo corpus eius eſt depoſitum de cruce. tunc ieſum chriſtum filium ſuū in brachia ſua ſuſcipiens. ⁊ oſculata eſt omnia vulnera eius

creſcebat ⁊ ꝯfortabat plenus ſapīa et ⁊ gratia dei erat in illo

## In octaua natiuitatis q̄ eſt feſtū circunciſiōis dn̄i Euan. Lu. ij.

In illo tpe Poſtquā ꝯſummati ſunt dies octo vt circunciderē tur puer. vocatū eſt nomē eius Jeſus

## Poſtilla.

POſtq̄ꝫ ꝯſummati ſunt dies octo Luce. ij. Quo die euāgeliū hoc ſa

etum ſit auditur quia die octauo a natiuitate chriſti. Ante initium illius euangelij ſcribit ſanctus Lucas q̄ reuerſi ſunt paſtores ſcꝫ poſtq̃ inuenerunt mariam ꝛ ioſeph ꝛ infantem poſitum in preſepio glificantes ꝛ laudantes deum in omnibꝫ que audierant ꝛ viderant. ſicut ad illos dictuꝫ eſt ab angelis. Tunc ſtatim ſequitur illud euangelium. Poſtq̃ ꝯſummati ſunt dies octo ). Jordanis Hodiernum euangelium eſt breuiſſimum in littera. ſed profundiſſimum in ſnia. Cōi nomine et vocabulo vocatur feſtiuitas iſta nouus annus. ꝛ merito qꝛ chriſtus nouus homo ꝓpter nos factus eſt. nouum ſanguinem in ſua puericia hodie incepit effundere quando hodie circumciſus fuit. Sciendū q̄ hodie recolimus tria feſta q̄ tangunt in euangelio hodierno Primo octauam natiuitatis chri( ꝛ hoc exp̄mitur no tāter cuꝫ dr (Poſtq̃ conſummati ſunt dies octo)ſcilicet a natiuitate chriſti ꝯputādo. ſecūdo circumciſionem chriſti cū dr(vt circumcideretur puer) ſic ei preceptū fuerat Gen̄ xvij Infans octo dierū circumcidet in vobis Et maſculꝰ cuius prepucij caro circūciſa non fuerit peribit de populis ſuis. qꝛ pactum meum irritum fecit. et in nouo teſtamento baptizamur loco circumciſionis Unde chriſtus dr in nouo teſtamento Joan. iij. Niſi quis renatus fuerit ex aqua ꝛ ſpiritu ſancto nō pōt introire in regnū cœloꝝ. vn̄ Beda ſup preſenti euangelio Jllud quod nunc facit baptiſmus hoc tunc fecit circumciſio. Tercio ſalutiferi nois impoſitione cum dr(vocatum eſt nomen eius Jeſus quod vocatum eſt ab angelo priuſq̃ in vtero)ſcꝫ virginis(cōciperetur)vt ptꝫ Lu. p̄mo. Uocabis nomē eius ieſum. ſilr angelus dixit ad ioſeph. vt patet. Mat. p̄. Uocabis nomen eius ieſum. ipſe eni̇̄ ſaluum faciet pplm ſuum a pctis eoꝝ. Queritur ſi ieſus eſt ſaluator. quare tunc nō oēs homies ſaluantur? Rn̄detur q̄ hoc nō accidit ex pte Jeſu. ſed ex culpa ipſius homis Exēplum iſtius ponit p̄mo ſic. Si quis ad oſtium vnius pulſet ꝛ nō ingredi pmittit. hoc nō ē ex culpa pulſantis ſed nō apiētis Sic ieſus ad oſtium cordis pulſat. ꝛ ſi nō ingredit nō eſt culpa dei intrare volētis ſed hoīs aditum ꝓhibentis. Un̄ Apocal. iij. Ego ſto ad oſtium ꝛ pulſo. ꝛc̄. Un̄ ſanctus Dionyſius. q̄ eni̇̄ ſol domum exiſtente clauſa feneſtra non illuminat non eſt culpa ſolis. ſed hominis feneſtram non aperientis. Tercium exemplum ponit Anſelmus dicens. Si eni̇̄ porrigo tibi pomum ꝛ tu nō accipis quod non habes pomum non eſt culpa mei dantis ſed tui non accipientis Jdeo dicit ad Hebreos. xij. Uidete ne quid deſit gratie dei. ꝛc̄. Circa hoc euangelium vbi dicitur. Uocatum eſt nomen eius ieſus ¶ Notandum q̄ papa Joan. xxij. ſtatuit vt quicunq̃ in miſſa quando nomen ieſus nominatur geniculatus fuerit. vel qui tunc tundit pectus vel inclinans facit reuerentiam huic ſanctiſſimo nomini ieſus obtinet. xx. dies indulgentiarum prout de hoc habetur publicum inſtrumentum littere au-

Quod vocatū eſt ab angelo priuſquā in vtero ɔciperetur.

¶ In Epiphania dn̄i Euāgeliū ſcd̄m Mattheum ij

Cum natus eſſet ieſus in bethleem iude in diebꝫ herodis regis. Ecce magi ab oriēte venerūt hieroſolymā di

tentic̨. Item notandū ꝙ hodie ſm̄ Aug⁹ in ſermone de kal'. Januarij Pagani olim maximū habuerūt feſtū in kal'. Januarij. Nam Janū crediderunt quendam deum eſſe ⁊ duas facies ei figurabant. vnam a p̄te ante in ſignum futuri anni. ⁊ aliam a p̄te poſt in ſignum p̄teriti anni Unde ⁊ quidam ſexus veſtes ſuas mutauerūt alij faciē. alij pecudū veſtes induerūt. alij cāticis luxurioſis cecinerūt. alij auguria ſeruabāt. alij menſas nocte parabāt credētes ſatietatē futurā fructuū. alij ſtrenas. i. iocalia tradiderūt amicis hodie p̄mo mane in ſignū boni āni, q̄ oīa pro chrō dimittere debemus. ⁊ ſi'ia circa eccl'as ⁊ dei cultū ꝯplere debemus

¶ Poſtilla.

Ubi eſt qui natus eſt rex iudeoꝝ? Mat. ij. Añ initiū illi⁹ euangelij ſcribit ſcūs Mat. in p̄cedenti ca. ꝙ cū eſſet deſpōſata mater Jeſu maria ioſeph anteꝗ̄ ꝯuenirent inuenta ē in vtero hn̄s de ſpū ſcō Joſeph aūt vir eius cū eſſet iuſtus ⁊ nollet eā traducere. voluit occulte eam dimittere.

centes Ubi eſt qui nat⁹ eſt rex iudeoꝝ. Uidimus em̄ ſtellā eius in oriēte ⁊ venimus adorare eum. Audiēs autē herodes rex turbatus eſt et omnis hieroſolyma cum illo. Et ꝯgregans omnes principes ſacerdotū ⁊ ſcribas populi ſciſcitabatur ab eis. vbi chriſtus naſceretur At illi dixerunt in bethleem iude Sic enim ſcriptum eſt per prophetaꝫ

Hec aūt eo cogitāte angelus dn̄i in ſomno apparuit ei dicens. Joſeph fili dauid noli timere accipe mariā cōiugē tuam. qđ em̄ in ea natum eſt de ſpū ſcō eſt Pariet āt filium ⁊ vocabis nomē eius ieſum Ipſe em̄ ſaluum faciet ꝑp'm ſuum a peccatis eoꝝ. Tunc poſtmodū ſequitur euāgeliū hodiernum (Cū ergo natus eſſet ieſus) ſupple dulcis ſaluator de maria virgine ſm̄ humanitatem. (in bethleem iude) Gorra. hoc d̄r ad drām alterius bethleem que eſt in galilea in tribu zabulon. de qua hētur Joſue. xix. in diebus herodis regis) ſcꝫ Aſcolonite q̄ fuit gentilis ⁊ idumeus ⁊ p̄mus rex alienigena in hierl'm ⁊ ſuper ppl'm iudaicum conſtitutus Pro quo ſciendum ꝙ tres fuerunt herodes. ſcꝫ aſcolonita antipas ⁊ agrippa. V⁹. Aſcolonita necat pueros Antipa ioannem Agrippa iacobum. mittens in carcere petrum ¶ Item ſciēdum ꝙ chriſtus tunc t̄pis natus eſt cum p̄mum ablatum fuit regnum a iudeis ⁊ q̄n alienigena regnauit. vt adimpleret̃ prophetia iacob Gen̄. xlix Non auferet̃ ſceptrum de iuda nec dux de fœmore eius donec veniat q̄ mittendus eſt Et a t̄pe illo quo Jacob ꝓphetauerat ꝓphetiam illam fluxerunt. M. clv. anni (ecce magi ab oriente). qui dn̄r magi propter magnitudinem ſapie ⁊ ſcie (venerunt hieroſolymam) ſm̄ Gloſaꝫ. eo ꝙ crediderūt quia talis puer non niſi in vrbe regia naſci debuiſſet (dicentes. Ubi eſt q̄ natus eſt rex iudeorum?) chriſtus rex iudeorum eſt dictus. q2 ad ipſos ſpēaliter eſt miſſus vt ptꝫ Mat. xv. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrahel. Item quia cum eis nutritus ⁊ conuerſatus eſt ſcꝫ ī nazareth. vt habet̃ Lu. iiij. Notandum ꝙ ille titulus a tribus regibus ē hodie nunciatus. ⁊ a pylato in die paraſcheues cōfirmatus quando fecit

ſcribi titulū ꝛ cruci affigi. Jeſus nazarenus rex iudeorū (vidimus em̄ ſtellā eius in oriente ꝛ venimus adorare eū) Vñ Aug⁹. dt Magi traditões balaā ſeq̄banť q̇ dixit vt habeť Numeri. xxiiij. Orieť ſtella ex iacob. ꝛ ƀʒ Chriſ. Cū magi ſup montē q̇ dr̄ victorialꝰ cōſiſterēt ꝛ deū adorarēt ſtella ad inſtar pueri crucē in capite habētis eis apparuit ex cuius aſpctū erāt valde gauiſi vt ſuis tpibꝰ meruerūt videre ſtellā illā quā ꝓpheta Balaaʒ longis tpibus añ p̄dixerat ꝛ ſtatim arripiētes iter ſtella añcedebat eos. et venerūt ad pueꝝ adorandū ꝛ munera ei offerebant. ꝛ illa ſtella nō tm̄ in nocte. ſed etiā in media die apparebat ꝛ ſolis radios vicit in claritate qd̄ nō eſt ꝟtutis aliaꝝ ſtellarū. Fulgētius. Puer natus nouā ſtellam fabricauit. Sed quō in tredecim dieb⁹ tam cito venerūt ab oriēte in hieruſalē q̄ in media pte mūdi ſita ē? Rñdit Remigius ꝙ puer ad quē ꝓperauerūt potuit eos in tā breui ſpacio tpis ad ſe reducere Vñ Aug⁹. dicit ꝙ tres magi iter vnius anni in tredecī dieb⁹ pegerūt (Audiēs aūt herodes rex) ſcʒ regē natū iudeis de gñe iudeoꝝ cū ipe eſſet idumeus ꝛ de alia gēte (turbatus ē) timēs ne regno reuoluto iteꝝ ad iudȩos ipe expelleret a regno ꝛ ſemē eius

**Et tu bethleem terra iuda. nequaq̄ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum iſrael. Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellȩ. quȩ apparuit eis Et mittens illos in betbleem dixit. Ite et diligenter interrogate de puero. et cum inuenieritis renunciate mihi. vt et ego veniens adorem eum. Qui cum au-**

poſt ipm p̄ciderer. Iōo ſm Grego. ſup Mat. Codices q̇b⁹ genealogia iudȩoꝝ texiť cremauit. (ꝛ oīs hieroſolyma cuʒ illo) cauſa timorȝ. ne rx iratus regioēs ꝛ pplm̄ vexaret ꝛ aggrauaret (ꝛ cōgregans oēs p̄ncipes ſacerdotū ꝛ ſcribas populi) q̇ erant legiſdoctores (ſciſcitabať ab eis vbi chriſtus naſcereť At illi) ſicut piti in lege dixerūt in bethleem iudȩ ſic em̄ ſcriptū eſt p ꝓphetam) Michȩȩ. v. (Et tu bethleem terra iuda neq̄q̄ minima es in p̄ncipib⁹ iuda ex te em̄ exiet dux q̇ regat pplm̄ meū iſrł) Vñ in pſ̄. xlvij. Ipſe reget nos in ſecula. Vñ Leo papa. Chriſtus q̇ ſerui formā accepat ꝛ nō venit iudicare ſed iudicari bethleem p̄elegit natiuitati ꝛ hieroſolymā paſſioni (Tunc herodes) Lyra. cognito loco natiuitatis chriſti ſcʒ ex iudeorū reſpōſo (clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellȩ quȩ apparuit eis) dicit em̄ clam id ē occulte qꝛ cum eſſet alienigena nō confidebat de iudeis. ꝛ ideo voluit ſuum cōſilium eos latere (ꝛ mittens illos in bethleem dixit. Ite ꝛ diligenter interrogate de puero. ꝛ cum inueneritis renunciate mihi vt ꝛ ego veniens adorē eum) Ly. Spōdet falſum obſequiū vt facilius eos decipiat ꝛ ad redeundū ad ipm inducat. Rab. Finxit ſe vultu ꝛ ꝟbis eū adorare velle: quē inuidia cogitatione tractabat occidere (qui cū audiſſent regē abierūt) recedentes de hieruſalē vt irent ꝟſus bethleem (Et ecce ſtella quam viderant in oriente antecedebat eos) Chriſ. ſup Mat. Ex hoc loco oſtēditur qꝛ cum ſtella duxiſſet magos in hieruſalē abſcōdita eſt ab eis vt relicta ſtella cogereť in

dissent regem abierunt. Et ecce ſtella
quã viderant in oriente antecedebat
eos vſqꝫ dum veniens ſtaret ſupra vbi
erat puer. Videntes aũt ſtellam gaui
ſi ſunt gaudio magno valde. Et intrã
tes domum inuenerunt puerum cum
maria matre eius. Et ꝓcidentes ado/
rauerunt eum Et apertis theſauris ſu
is obtulerũt ei munera. aurũ. thus. et
mirrhã. Et reſpõſo accepto in ſomnis
ne redirent ad herodem. per aliam viã
reuerſi ſunt in regionem ſuam

hierusalem de chriſto interrogare. vt ipſi magi qui prius fuerant commo
niti coeleſti ſigno confirmarentur ex dicto prophetico ⁊ ex doctorum he/
braicorum reſponſo ſicut iam ſupradictum eſt (vſqꝫ dum veniens ſtaret ſu
pra vbi erat puer) Stetit eñ ſuꝑ caput pueri. quaſi diceret hic eſt vt quia
loquendo monſtrare non poterat ſtando monſtraret (Videntes autẽ ſtel
lam gauiſi ſunt gaudio magno valde ⁊ intrãtes domum) id eſt diuerſori/
um vbi puer natus fuerat (inuenerunt puerum cũ maria matre eius) Pie
creditur cum beata virgo ante diuerſorium eq̃tatum magnum vidiſſet re
cepit puerum de p̃ſepio ſuꝑ gremiũ ⁊ in brachia ſua vt ſic ſe matrem pueri
oſtenderet. Rabanus. Diuino aũt nutu factũ eſt ꝙ abiret Joſeph ne ali
qua occaſio ſuſpitionis malę daretur gentibus (Et procidentes adoraue/
runt eum) Lyra. ex quo patet ꝙ cognouerunt ipſius diuinitatem per diui
nam reuelationẽ. Cum eñ viderent puerum pannis vilibus inuolutum
in gremio pauperis ma
tris poſitum. nulluʒ re
gię dignitatis humanę
habentem ſignum non
eſt veriſimile ꝙ taleʒ re
uerentiã ei exhibuiſſent
niſi in eo aliquid ſupra
hoiem cognouiſſent. vñ
Chriſ. Puerũ viderũt
hoiem ⁊ agnouerũt re/
demptorẽ illuminati in
fide credentes hunc pue
rũ eſſe ſaluatorẽ mundi
quẽ q̃ſierant (Et aꝑtis
theſauris ſuis obtule/
rũt ei munera. aurũ th⁹
et mirrham) Lyra. iſta
tria obtulit quilibet ipſorũ ſcʒ aurũ ad ſuſtentatõem pauꝑis matris ⁊ fi
lij. thus cõtra foetorẽ loci. mirrham ad cõſolidãda mẽbra pueri. Itẽ ꝑ au
rũ ſignificabant regiã dignitatẽ. ꝑ mirrham hoĩs mortalitatẽ q꞉ mirrha
ſolent inungi corpora mortuorũ. per thus ipius diuinitatem. q꞉ thus ad
honorẽ diuinũ cõcrematur. Item q꞉ magi a puero habuerunt triplicem
ſubſtantiã ſcʒ corpus aĩam ⁊ res temporales. Fecerunt igitur homagiũ
regi puero nato de corpore quia prociderunt. In quo notatur eorum ma
gna humiltas. Et in hoc repᵱhenditur ſuꝑbia illorũ chriſtianorum q̃ non
flectunt genua ſua in eleuatõe corporis chriſti in miſſa. De anima q꞉ ado
rauerunt eum in quo notatᷣ eorũ fides. De ſubſtantia tꝑali q꞉ ei munera
obtulerũt. Plus eñ nõ hʒ homo niſi corpus aĩam ⁊ tꝑalia Sequitᷣ (Et
reſpõſo accepto in ſomnis) ſcʒ ꝑ angelum (ne redirẽt ad herodẽ ꝑ aliã viam
reuerſi ſunt in regionẽ ſuã) Lyra. ꝑacto obſequio q꞉ deſcẽderũt ad mare ⁊
inde ꝑ nauem trãſfretantes abierũt in tharſim qd̃ cognoſcẽs Herodes
iratus poſtea naues tharſenſiũ incendit ſcdm quod fuit ibi ꝓphetatum ꝑ
Dauid in pſ. xlvij. In ſpiritu vehemẽti conteres naues tharſis. ¶ Vñ
circa pñs euangeliũ, vbi dicitur. In diebus herodis regis. Hic q̃ritᷣ quare

nõ dixit In diebus Octauiani ceſaris? Reſpõdet q euãgeliſta hoc dixit vt videat impleta ꝓphetia Iacob que habet Geñ. xlix. Nõ auferetur ſceptrũ de iuda. ⁊ dux de fœmore eius donec veniat q mittendus eſt. ſed iam ablatum erat ſceptrum de iuda. q2 herodes erat alienigena. ⁊ erat pmus rex iudeorum. ⁊ ſic euangeliſta probat chriſtum veniſſe ex triplici ꝓphetia Ex ꝓphetia iacob. q ꝓphetauerat tps chriſti. vt iam dictum eſt. ⁊ ex ꝓphetia Michee qui ꝓphetauit de loco. vt p3 hic in euangelio Et tu bethleez ⁊c. Et ex ꝓphetia balaam qui ꝓphetauit de ortu ſtelle. vt p3 Numeri. xxiiij Orietur ſtella ex iacob. Manifeſtũ eſt ergo chriſtum natum eſſe. cũ omnes iſte tres ꝓphetie vno tpe ſunt implete

## Dominica infra octauam Epiphanie. Euangelium ſcdm Lucã. ij.

In illo tempore. Cum factus eſſet ieſus annorum duodecim aſcendentibus illis hieroſolymam ſecũdũ conſuetudinem diei feſti. cõſummatiſqꝫ diebus cum redirent. remanſit puer Ieſus in hieruſalem. ⁊ non cognouerunt parentes eius. Eſtimãtes autem illum eſſe in comitatu venerũt iter diei. ⁊ querebant eum inter cognatos et notos. ⁊ non inuenientes. reuerſi ſunt in hieruſalem requirentes eum Et factum eſt poſt triduũ inuenerũt illum in templo ſedentez in medio doctorum audientem illos ⁊ interrogãtẽ

### Poſtilla

Cum factus eſſet ieſus annorũ duodecim. Lu. ij. Hiſtoria huius euangelij facta eſt anno chriſti. xij. kal. maij. feria. iiij. luna. xv. indictione. iiij. Cũ euangeliſta Lucas nobis declaraſſet quõ chriſtus fuit in templum pſentatus. et a Symeone ⁊ ab Anna vidua laudatus ſicꝫ dictum eſt in pcedenti dominica. Et poſtqꝫ declarauit quõ chriſtus in egyptum portatus fuit in q ſeptẽ annis fuit. et cũ iam redijſſet de egypto poſt mortẽ herodis et fuiſſet iam qnqꝫ ãnis cũ parentib9 ſuis in nazareth (Factũ eſt ãt anno duodecimo Aſcendẽtib9 illis hieroſolymam ſm cõſuetudĩem diei feſti) Iudei enĩ ter habebant in anno pceptum eundi in hierl'm. in paſcha qd fuit feſtũ azimorum. per hoc feſtũ recolebant exitum ⁊ liberationem de egypto. Secundo in penthecoſten. per quod recolebant memoriam legis date in quinquageſima die in exitu de egypto. Tercio in ſchenophegia. ſeu in feſto tabernaculorum. per quod recolebant quomodo per quadraginta annos in deſerto habitabant in tabernaculis In iſtis feſtis quilibet vir tenebatur ſe pſentare in hieruſalem cum hoſtijs a deo determinatis. De mulieribus non fuit preceptum. ſi tamen comitabantur viros ſuos bonũ erat ⁊ laudabile. Sed qui erant valde remoti poterant ſe in duob9 feſtis excuſare. ſ3 nõ de feſto paſche niſi neccitate ĩfirmitatis. ergo dicit (aſcendentib9 illis) Iorda. ad lrãm. q2 galilea erat in plano vbi nazareth fuit ſita. in q chriſtus fuit annũciatus ⁊ educatus. hierl'm ãt erat in mõtanis. ⁊ diſtat nazareth a hierl'm p tres dietas. ſ3 q2 p3 Gre. Omis chri actio ẽ nrã ĩſtructio. ergo chrs h in xij ãno fecit vt nob exẽplũ dar3 vt etiã

# Pagina

li bēter eccleſias viſitemus(Conſummatiſqꝫ dieb)ſcꝫ octo ꝑtinentib ad ſolemnitatē(cū redirent)ſcꝫ maria ꝛ ioſeph(remāſit puer ieſus in hieruſa/lem.ꝛ non cognouerūt parentes eius)id ē nō aduerterunt ꝙ remaneret H̄ eſt cōtra illos q̄ raro manēt in eccl'a vſqꝫ ad finē miſſę aut ſermonis Sed diabolo inſtigante cito exeunt ꝛ in cimiterio vel foro ſtant.ꝛ inutilibus ꝛ quandoqꝫ nociuis ſermoībus ſe occupāt.vt ṗtet Joānis viij.Qui ex deo eſt verba dei audit.ꝓpterea vos non auditis.quia ex deo non eſtis(Exiſti mantes aūt illum eſſe in comitatu)Guill'.Filijs iſrael ad feſta confluen/tibus.vel ad ꝓpria redeuntibus mos erat ſeorſum viros ꝛ ſeorſum fœmi/nas incedere.Pueri cum quolibet parente indifferēter ire poterant.ꝛ ideo Maria putauit ieſum eſſe in comitatu uirorum cum Joſeph.ꝛ Joſeph putauit eum eſſe in comitatu mulierum cū maria.ꝛ ſic perdiderūt Jeſum (venerunt iter diei)id eſt in eadem die qua redierunt de hieruſalem(ꝛ quę/rebant eum)ſcꝫ ſecunda die(inter cognatos ꝛ notos ꝛ non inuenientes eū reuerſi ſunt)ſcꝫ tercia die(in hieruſalē reqrentes eum.Et factū eſt poſt tri/duum inuenerunt illuꝫ

eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant ſuper prudentia ꝛ re/ſponſis eius. Et videntes ammirati ſunt. Et dixit mater eius ad eum. Fili quid feciſti nobis ſic Ecce pater tuus et ego dolentes quęrebamus te. Et ait ad illos. Quid eſt quod me quęreba/tis? Neſciębatis. quia in his q̄ patris mei ſunt oportet me eē? Et ipi nō intel lexerūt verbū quod locutus eſt ad il/los. Et deſcēdit cū eis ꝛ venit in naza reth. ꝛ erat ſubditus ill' Et mater eius

(in templo) Nō in thea/tro vel in foro neqꝫ ī lu do.ſicut pueri iam ſolēt inueniri ſed in templo vbi domus orationis ē (ſedentem in medio do ctorum audienteꝫ illos et interrogantem eos) Lyra.vt melius poſſet omnes audire ꝛ melius cum eis conferre.Hoc eni̅ eſt ſapientis primo audire.ꝛ poſt interroga re(Stupebant aūt oēs qui eum audiebant)id ē valde mirabantur(ſup prudentia ꝛ reſpōſis eius)quia alias inauditum fuerat ꝙ puer talis ętatꝭ tam ſapiēter loqretur(ꝛ videntes)ſcꝫ maria ꝛ ioſeph eum in medio docto rum)admirati ſunt ꝛ dixit mater eius ad eum.Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus)ſcꝫ putatiuus vel nutritius(ꝛ ego dolentes q̄rebamus te)Hic inſtruunt parentes qualiter ſe in correctione debeāt habere ad fili os vt cōtumelioſis ꝛ maledicis non conturbent pueros ſuos.Corripiēdi eni̅ ſunt primo cum benignitate.ꝛ ſi non iuuat.tunc cum virga aſpera.vt patet Prouerbioꝝ.xiij.Noli ſubtrahere puero diſciplinā ſi eni̅ ꝑcuſſeris eum virga nō morietur.ꝛ aīam eius de inferno liberabis ¶ Notandum ꝙ nunqꝫ legit in euāgelijs ioſeph ieſu locutum fuiſſe.ſed hoc ſemper virgi/ni Marię dimittebat.qꝛ ad ipam tanqꝫ ad veram matrē ꝑtinebat.Jteꝫ hic q̄rit quare ioſeph dr̄ pater ieſu cū nō genuerit eū.Dōm ꝙ dicebat pa/ter eius ꝓpter tria Primo ꝓpter hoīm opinionē.vt pꝫ Lu.iij.vt putabat filius ioſeph Scdo ꝓpter eius nutritōem.qꝛ ſcꝫ Orige.ſic appellabat Jo ſeph ſcꝫ pater ieſu qꝛ nutritius eius fuit Tercio ꝓpter coniugalē deſpōſa/

tionem ſcʒ Joſeph ⁊ Marię. Nā ſm Auguſtinū. Multo cōueniētius chꝛiſtus dꝛ filius Joſeph ꝙ̄ ſi eſſet aliūde adoptatus. Item quare virgo maria ꝑpoſuit ioſeph ante ſe dicens. Pater tuus ⁊ ego dolentes querebamus te. cum tamē ſit mater dei ⁊ regina cœli? Reſpondetur primo ꝓpter humilitatem quā habebat excellentiſſimā. Scđo vt exemplum daret aliis mulieribus honoꝛandi viros ſuos (⁊ ait ad illos. Quid eſt ꝙ me q̄rebatis?) ſcʒ inter conſanguineos ⁊ notos (neſciebatis qꝛ in his quę patris mei ſunt) ſupple cœleſtis (opoꝛtet me eſſe) quia alium patrem non habebat. Origenes in cœlis ſine matre. in terris ſine patre (⁊ ipſi non intellexerunt verbum qđ loq̄bat̄) Lyꝛa. qꝛ adhuc non erant aſſueti talia audire ab eo (⁊ deſcendit cum eis ⁊ venit Nazareth) ad eoꝛum conſolationem (et erat ſubditus illis) ad noſtrā inſtructionē (⁊ mater eius cōſeruabat omia

conſeruabat oīa ṽba hęc conferens in coꝛde ſuo. Et ieſus ꝓficiebat ętate ⁊ ſapiētia ⁊ grā apud deū ⁊ homines

¶ Dñica ꝑma poſt octauas Epiphanię. Euāgeliū ſcđm Joānem. ij.

In illo tempoꝛe. Nuptię factę ſunt in chana galileę. et erat mater Jeſu ibi. Vocatus eſt autem ieſus et diſcipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino. dicit mater ieſu ad eum. vinum non habent. Et dicit ei Jeſus. Quid mihi et tibi eſt mulier? Nondū

verba hec cōferēs in coꝛde ſuo) omia eīn q̄ vidit vel audiuit a chꝛiſto fieri quoꝛū tūc plenā ꝯgnitionē nō habebat memoꝛiter tenuit. vñ Be. Virgo maria q̄ nō intellexit. ſiue q̄ nōduʒ intelligere potuit. ponit oīa in coꝛde ſuo. q̄ſi ruminā da ⁊ diligēti⁹ ſcrutanda recōdebat. hoc ē contra nos obliuioſos qui nec aliquid quod de deo ⁊ ſalute aīarū nrāꝝ audiuimus memoꝛiter retinemus. Sed ſum⁹ ſicut vas cōfractū qđ nihil pt cōtinere. vñ Eccľ. xi. Coꝛ fatui quaſi vas cōfractū oēm ſapiāʒ nō tenebit (Jeſus aūt ꝓficiebat ętate) Boꝛ. quo ad coꝛpoꝛis incremētū. ſcʒ de infantia ad pueritiā. de pueritia ad iuuētutē (⁊ ſapiētia ⁊ grā) Ly. nō ꝙ̄tum ad rem ſed ꝙ̄tū ad oſtēſionē in effectu. inꝙ̄tū ſapiam ſuā. nō tm̄ humanā. ſed etiā diuinā magis oſtēdebat ſcđm ſuū beneplacitū. ⁊ pꝛout nrē ſaluti expediebat (apud deū ⁊ hoīes) id ē deo ad laudem. ⁊ hoībus ad ſalutē pꝛoficiebat

¶ Poſtilla.

Nuptię factę ſunt ⁊c. Joā. ij. Miraculū iſtud dñs ieſus fecit anno eius. xxxi. viij. idus Januarij. luna. xv. feria. ij. indictōe. iiij. Añ initiū illius euāgelij ſcribit ſanctus Joānes de vocatione diſcipuloꝝ chꝛiſti tunc dicit eis. Amē amē dico vobis. videbitis cœlū aptum ⁊ angelos dei deſcendentes ⁊ aſcendentes ſuper filium hominis. Tunc ſequit̄ euāgeliū hodiernum (Nuptię factę ſunt in chana galileę) Boꝛ. chana eſt nomē villę in qua ſunt facte nuptię in pꝛouincia galileę. Et iſta villa diſtat a hieruſalē q̄ſi trib⁹ dietis. ⁊ iſtę nuptię facte ſunt eadē die qua chꝛiſtus baptizatus eſt reuoluto vno āno (⁊ erat mater ieſu ibi) Nō dꝛ hic ꝙ fuerit vocata qꝛ rōe cōſanguinitatis venerat tāꝙ̄ officioſa. ſicut etiā alias abijt in mōtana ad Elizabeth ad ſeruiendum ei. Lu. j. Rōe huius etiā vocatus fuit

# Pagina

dn̄s ieſus cū diſcipulis ſuis. Chriſ. Uocatus ē ieſus ad nuptias non vt a
liquis magnus ſ; vt cōſanguineus. ⁊ ipſe vt humilis nō reſpuit ſed venit
Sed quō vocati ſunt ieſus ⁊ mater eius ⁊ diſcipuli eius ad nuptias cū eſ/
ſent paupes q̄les nō ſolēt ad cōuiuia vocari? Rn̄detur ꝙ ſpōſus ⁊ ſponſe
paupes fuerūt. ⁊ iō paupes īuitabāt. Chriſtꝰ āt nuptijs intereē voluit. vt
nuptias approbaret ⁊ errorē eoꝝ excluderet q̄ nuptias damnāt vn̄ Beda
Si thoro immaculato ⁊ nuptijs debita caſtitate cœlebratis culpa ineſ/
ſet. nequaq̄ dn̄s ieſus ad has veniſſet. vn̄ i. Coꝛ. vij. Nō peccat mulier ſi
nubat. ſi vxorē accepiſti nō peccaſti ſi nupſerit virgo nō peccat (⁊ deficiente
vino) in ipo cōuiuio qd̄ eſt ſignū paupꝫtatis (dicit mater ieſu ad eū. vinum
nō habēt) ſcȝ miniſtri ad ꝓpinandū (⁊ dicit ei ieſus. qd̄ mihi ⁊ tibi eſt muli
er?) Tho. q. d. defectus iſte nō ꝑtinet ad me vl̄ ad te. ſ; ad illos quoꝝ ſunt
nuptie (nōdū veīt hora mea) Chriſ. q. d. qd̄ rogas ⁊ petis vt faciā miracu
lū anq̄ ſit hora cōueniēs ad hoc. Licet em̄ vinū deficeret nondū tn̄ defec
tus vini erat oībus manifeſtus. Chriſtus aūt volebat vt oēs ꝑus ſcirent
defectū. vt ſic poſtea miraculū eſſet oībus certū ⁊ manifeſtum (Dicit ma
ter ieſu miſtris) id ē ſeruitoribus cōuiuij (qd̄cūq̄ dixerit vob facite) Tho.

venit hora mea. Dicit mater eius mi/
niſtris. Quodcunq̄ dixerit vobis fa/
cite. Erāt aūt ibi lapidee hidrie ſex po
ſite ſcd̄m purificationem iudeorum ca/
pientes ſingule metretas binas vl̄ ter
nas. Dicit eis ieſus. Implete hidrias
aqua. ⁊ impleuerunt eas vſq̄ ad ſum
mum. Et dicit eis ieſus. Haurite nūc
et ferte Architriclino. et tulerunt. Ut
autem guſtauit architriclinus aquã

credendū ē ꝙ btā virgo
nūq̄ aliq̄d petijt a filio
qd̄ ipē nō fecerit. Et no
ta licȝ aliq̄ntulū dure vi
derer mrī rn̄dere. ipa tn̄
firmiſſime ſciuit eū fcū/
rū qd̄ petiuerat. Et ideo
dixit miſtris qd̄cūq̄ di/
xerit vobis facite (Erāt
aūt ibi) ſcȝ in domo con
uiuij) lapidee hidrie ſex
poſite ſcd̄m purificatōem
iudeoꝝ) vt pȝ Mar. vij
phariſei ⁊ oēs iudei niſi
crebro leuarent manus
nō manducāt panē (capiētes). i. capē valētes (ſingule metretas). i. menſu/
ras (binas vl̄ ternas Dicit eis) ſcȝ miſtris (ieſus) rogatus a mrē (Implete
hidrias aqua. ⁊ impleuerūt eas vſq̄ ad ſummū) vt nihil vacuitatis rema/
neret (⁊ dicit eis ieſus) Tho. iam facta trāſmutatione cuius omipotētie
iam aquā in vinum conuerterat. Ergo poteſt ſimiliter panē in corpus et
vinū in ſanguinem tranſmutare (Hanrite nunc ⁊ ferte architriclino) Un̄
Chriſoſto. Architriclinus dr̄ quaſi ordinator vel diſpenſator in conuiuio
(et tulerunt) ſcd̄m impium domini noſtri ieſu chriſti. Et notandū ꝙ mini/
ſtri obediētes fuerūt in fundendo ⁊ in hauriendo ⁊ in deferendo (vt aūt gu
ſtauit architriclinus aquā vinū factū ⁊ nō ſciebat vn̄ eēt. miniſtri aūt ſcie
bant q̄ hauſerant aquā. vocat ſpōſum architriclinus ⁊ dicit ei. Omis hō
primū) id ē in ꝑncipio cōuiuij (bonū vinum ponit) in menſa (⁊ cum inebria
ti fuerint) cibo ⁊ potu boni vini (tunc id quod deterius eſt) id eſt minus bo
nū (Tu aūt ſeruaſti bonum vinum vſq̄ adhuc) immo optimum. Chriſo
ſtomus dicit. hoc eſt generale in omnibus miraculis quod ſꝑ ad nobilius

terminatur ꝗ̄ natura poſſit. Nunꝗ̄ natura fecit ita bonũ vinũ ſicut illd fuit. Nũꝗ̄ aliqͥs piſtor ita bonũ panem fecit ſicut qñ chriſtus panes multiplicauit. Unde ꝓpter hoc q̃ comederunt de panibus iſtis voluerũt eũ facere regem. Joãni s. vi. Itẽ natura nũꝗ̄ potuit dare tam clarũ ⁊ acutum viſum. ſicut ipſe chriſtus dedit ceco nato. Joãnis. ix. (Hoc initium ſignorũ fecit ieſus in chana galilee. ⁊ manifeſtauit gl'am ſuam) Glo. id eſt latentem diuinitatẽ rõne edificatõis diſcipulorũ Un̄ ſubdit (⁊ crediderũt in eũ diſcipuli eius) id ẽ firmius crediderũt. q̄ viſo miraculo roborati ſunt in fide amplius ⁊ in amore eius. Ubi notandũ ꝙ ſcũs Thomas de aquino in tercia pte ſumme. q. xliiij. di. ꝙ dñs an̄ illud miraculũ cõuerſionis aque in vinũ nullum aliud fecit in humana natura. ⁊ ideo libellus de infantia ſaluatoris cõtrarium huius dicens reprobatus ẽ tanꝗ̄ ab hereticis cõfectus vt patet in decreto Gelaſij. Un̄ circa pñs euangeliũ vbi dr̄ Nuptie facte ſunt in chana ⁊c. Querit quid efficit matrimoniũ: Rñdet Hugo de prato cõſenſus expreſſus volũtarius ⁊ nõ fictus vel coactus de ꝟbis de pñti efficit matrimoniũ. Carnis aũt copula ipm̃ conſummat. Alia aũt que precedũt vt pmiſſio de accipiendo ſunt ſponſalia nec efficiũt matrimonium. Similiter que comitantur. vt immiſſio annuli que eſt ſignũ matrimonij ⁊ inſtrumentũ. Et oĩa alia que obſeruantur in matrimonio ſunt quedam ſolemnitates matrimonij. ſ; non efficiunt matrimoniu;. Conſenſus autem ille ẽ in cohabitationem ppetuam ⁊ in copulã carnalem. ¶ Item notandum ꝙ inter chriſtianũ ⁊ ꝗ̄cũꝗ̄ aliam pſonam non baptizatam non poteſt eſſe coniugium. cũ baptiſmus ſit ianua oĩm ſacramentorum. Similr̄ ſi aliqͥs infidelis conuertitur ad fidem ⁊ eius vxor nollet cõuerti poteſt accipe aliam vxorem. Et ſimile eſt de vxore q̄ non eſt cõuentio lucis ad tenebras. neꝗ̄ chriſti ad belial. vt dicit Apl's. ij. ad Corinthi. Item quãdo quis timore coactus accipit aliquã Si eñ poſtea quãdo eſt in loco tuto nõ conſentit poteſt eam dimittere. quia matrimonia debent eſſe libera ⁊c. ¶ Item notandum ꝙ phũs in politicis dicit. Mas non debet contrahere ante. xxvij. annum. ⁊ puella ante xviij. annum alias foetus imperficitur. quia mas ⁊ foemina tunc non creſcunt. oportet tamen ⁊ preueniri poſſunt prefata tempora aliquãdo propter incontinentiam

vinum factum et non ſciebat vnde eſſet. Miniſtri autem ſciebant qui hauſerant aquam. vocat ſponſum Architriclinus: ⁊ dicit ei Omnis homo primum bonum vinum ponit. ⁊ cum inebriati fuerint tunc id quod deterius ẽ Tu aũt ſeruaſti bonum vinum vſꝗ̄ adhuc. Hoc fecit initiũ ſignorum Jeſus in chana galilee. ⁊ maĩfeſtauit gloriam ſuam. Et crediderunt in eum diſcipuli eius.

¶ Dñica ſecũda poſt octauas Ephie

¶ Poſtilla.

Cum deſcẽdiſſet ieſus de mõte ⁊c. Mat. viij. Marci. p. Luce. vi. Hiſtoria huius euãgelij facta eſt anno chriſti. xxxi. ij. idus Julij. feria. v. luna. xvi. indictione. iiij. Gloſa. Poſtquã dominus docuerat diſci

diſcipulos in monte deſcẽdit in vallẽ vt turbas doceret ⁊ ſanaret turbarũ infirmos q̄ ſeq̄bantur eũ. Diſcipulꝭ eñ tanq̃ pfectioribꝫ ſermonẽ fecit in monte. turbis aũt tanq̃ imperfectis in valle p̄dicauit. ⁊ ſm Haymo. exẽplo chriſti debẽt facere p̄dicatores. vt in p̄dicatõe ſua habeãt ſermonẽ rpatuꝫ et ſicut viderint vnũquẽq̃ cape poſſe. ita ⁊ v̄bum dei anũcient. Vñ etiaꝫ Grego. Scdm capacitatẽ auditoꝝ formandus eſt ſermo doctoris ((ſecutę ſunt eũ turbę multę) Go ⁊. propter quaꝝ ſeq̄lam ⁊ ędificatõem mouebatꝛ ad faciendũ miracula (⁊ ecce leproſus veniens) ſcꝫ cum fide cordis (adora/ bat eũ) cũ humilitate corpis. Vñ Marci. i. dr̄ genuflexit Lu. v. dr̄ proci dit in faciẽ q̄ oĩa humilitatẽ indicãt. Orige. habuit eñ tria iſte leproſus in ſe. quę q̄cũq̃ habuerit in ſe nihil a deo ſibi negatꝛ. Primuꝫ eſt fides. qđ tangitꝛ cũ dr̄. Adorabat eũ. vñ Jacobi p̄. Poſtulet aũt in fide nihil heſi/ tans ⁊ dabitꝛ ei. Scdm eſt huilitas qđ notatꝛ cũ dr̄ Lu. v. procidit in fa/ ciẽ. vñ Ecci. xxv. Orõ humiliãtis ſe cœlos penetrat. Terciũ eſt deuota o ratio qđ notatꝛ cũ dr̄. Dñe ſi vis potes me mũdare: Hic ẽ cõſiderandũ q̃ ſapienter habuit ſe ille leproſus cum p̄mo ad fidẽ cõuerſus fuit. Non eñ deſiderauit ſanitatẽ corpis. niſi inq̃tum illa eẽt aĩę ſalus. ⁊ ideo non ora/

¶ Euãgelium ſcdm Mattheũ. viij.

In illo tempore. Cum deſcen/ diſſet ieſus de mõte: ſecutę ſunt eum turbę multę. Et ecce leproſus ve niens adorabat eum dicens. Domine ſi vis potes me mundare. Et exten/ dens ieſus manum tetigit eum dicẽs. Volo mundare. Et confeſtim mun/

uit vt dñs eũ ſanaret ſꝫ illius volũtati cõmiſit an eũ ſanare vellet. qui ſolus nouit. q̄d ſuę con/ grueret ſaluti. A quo le proſo adhuc in fide neo phico nos a puericia in fide chriſti nutriti Exẽ plũ recipe debemus vt bona fortunę. bona na turę. ⁊ q̄cũq̃ terręna q̄/ bus cõtingit bñ ⁊ male vti nõ petamus a deo nec ea q̄ramus niſi inq̃tum neceſſaria ſunt ſuſtẽtatõ ni nrẽ ⁊ expediẽtia nrẽ ſaluti. Nihil eñ nobis bonũ eſt niſi nrã fœlicitas ęterna. ⁊ ea quę nobis ad iſtam cõſequendã proficiũt ſiue proſpa ſiue ad/ uerſa (et extendens ieſus manũ tetigit eũ dicens. Volo mũdare) vñ Da/ maſ. Humanitas chriſti erat organũ ⁊ inſtrumentũ diuinitatis. Et ideo ſicut artifex mediãte inſtrumẽto opatur. ſic v̄tus diuina in chriſto p applĩ catione humanitatis a qua miracula fiebãt q̄nq̃. ſicut hũc leproſum tan gendo ſanauit (⁊ cõfeſtim mũdata eſt lepra eius) ſcꝫ totalr̄. non tm̃ dimi/ nute. Vñ in ps̄. cxlviij. Ipſe dixit ⁊ fcã ſunt. Vñ Aug⁹. dicit. q̄ nõ ſtatim poſt deſcẽſum de mõte fecit hoc miraculũ. ſed poſtq̃ ſermonẽ in loco cam peſtri fecit turbis. ſicut dr̄ Lu. v. Chriſoſto. poſt ſermonẽ immediate pce dit ad miracula. vt v̄bis p̄cedẽtibꝫ autoritatẽ p̄ſtaret. vt mirabilis in ver/ bis. mirabilior appareret in ope (⁊ ait illi ieſus. vide nemĩ dixeris) ſcꝫ mi/ raculũ qđ fcm̃ eſt. Chriſoſto. In his v̄bis docet nos nõ eẽ vane gl'oſos et ſi aliqđ bonũ circa nos ẽ. nõ nobis. ſꝫ deo aſſcribere debemus Vñ ps̄. cxiij Nõ nobis dñe nõ nob. ſꝫ noĩ tuo da gl'am (ſꝫ vade oñde te ſacerdoti. ⁊ of/ fer munus tuũ qđ p̄cepit moyſes) Leui. xiiij. ſcꝫ duos paſſeres offerebatꝛ pro emũdatõe ſua vnus eorũ occidebatꝛ. ⁊ alter in ſanguĩe illi⁹ intingebatꝛ.

ſic dimiſſus euolauit(in teſtimonium illis)id ē vt illoꝝ teſtimonio ſanus
habearis Quare chriſtus leproſum ſanatum miſit ad ſacerdotes? Rñſio
ſm Goꝛram. Pꝛimo ꝓpter legis approbationem Secundo ꝓpter mira/
culi ꝯfirmatōem ſcȝ vt teſtes eſſent miraculi. Tercio ꝓpter coꝝ vtilitateȝ
vt vidētes crederēt ⁊ ſaluarētur Quarto ꝓpter eruditōem nrām vt nos e/
tiā ſacerdotes honoꝛemus Quīto in exēplū pctōꝛibus q̄ ſunt lepꝛa pecca
ti infecti quibus di. (Jte)id eſt nō ſtare(oñdite)non occultare(vos)non a/
lios(ſacerdotibus)qui hñt ptātem remittendi pctā. vt ptȝ Joan. xx. Acci
pite ſpm̄ ſcm̄ quoꝝ remiſeritis peccata remittuntur eis(Cum autem in/
troiſſet capharnaum acceſſit ad eum centurio)id eſt quidam gentilis qui
habebat homines in armis ſub ſe ad cuſtodiam ipſius galileę tunc eñ ter
ra iudeoꝛum ſubiecta erat rhomanis a quibus illuc erat poſitus centurio

data eſt lepꝛa eius. Et ait illi ieſus. vi/
de nemini dixeris. ſed vade oſtende te
ſacerdoti ⁊ offer munus tuum quod p̄
cepit. Moyſes in teſtimoniuȝ illis Cū
autem introiſſet capharnum. Acceſſit
ad eum centurio rogans eum ⁊ dicēs
Domine puer meus iacet in domo pa
ralyticus ⁊ male toꝛquetur. et ait illi ie
ſus. ego veniam ⁊ curabo eum et reſ/
pondens Centurio ait. domine nō ſuȝ
dignus vt intres ſub tectum meum. ſȝ
tantuȝ dic verbo. et ſanabitur puer me
us. Nam et ego homo ſum ſub poteſ/
tate conſtitutus habens ſub me mili/
tes. et dico huic vade et vadit et alio ve

ille. iſte autem centurio
auditis chꝛiſti miracul'
firmiter credidit ꝙ poſ/
ſet ſanare ſeruuȝ eius q̄
erat ei valde charus vt
dr Lucę. vij. ⁊ ideo de
eius ſanatione fuit val
de ſollicitus(acceſſit er/
go rogans eum dicens.
Dñe puer meus) ſeruū
nominans puerū ſuum
hoc eſt cōtra ſupbos q̄
famulos dedignantur.
(iacet in domo) ſcȝ non
potens venire ad te.
Hoc eſt contra inhūa
nos dños qui expellunt
infirmos famulos a do
mo ſua ⁊ mittūt ad ho/
ſpitale(paliticus ⁊ ma/
le toꝛquet)Chꝛiſ. In/
firmitatem tantummō expoſuit ſed ſanitatis remedium in poteſtate mi/
ſericoꝛdię eius miſit(⁊ ait illi ieſus ego veniam curabo eum) Unde Beda
Qui ad ſanandum filium reguli ire noluit. ne diuitias honoꝛare videret.
ad ſeruum vadit ne ſeruilem conditionem ſpꝛeuiſſe videretur(⁊ reſpondēs
centurio ait domine non ſum dignus)ſcȝ quia gentilis ſum Unū Hiero.
quia gentilis fuit ⁊ foꝛte idola ſtabant in domo ſua. ideo noluit vt chꝛiſtꝰ
intraret ne in hoc offenderetur(vt intres ſub tectum meum). Goꝛra. non
dicit palacium licet pꝛinceps eſſet ſed tectum prę humilitate ſui ⁊ conſide
ratione magnitudinis chꝛiſti. Unde Augꝰ. dicendo ſe indignum pręſtitit
ſe dignū nō in cuius parietes. ſed in cuius coꝛde verbo dei chꝛiſtus intra/
ret. Unde Oꝛigenes Quando coꝛpus ⁊ ſanguinem chꝛiſti ſumpturus
es tunc dominus tectum tuum vult intrare. Et tu ergo humilians teip
ſum dic Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum. ſed tantū
dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus. Unde Beda Magna fides quę dicere

credit eſſe facere(nam ⁊ ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus habens ſub
me milites ⁊ dico huic vade ⁊ vadit)ſcꝫ quantū ad negocium implendum
in abſentia(⁊ alio)antiqua eſt grāmatica(veni ⁊ venit)quantū ad officiū
implendū in pñtia(⁊ ſeruo meo fac hoc ⁊ facit)Ex his concludit ꝙ ſi dic/
to eius vnus vadit ⁊ alius venit.plus ſi chriſtus deus ⁊ dñs dicat infermi
tati vade ⁊ vadet.⁊ ſanitati veni ⁊ veniet(audiens āt ieſus)ſcꝫ ꝙ ſub vela
mento carnis centurio agnouiſſet excellentiaꝫ maieſtatis(miratus eſt) id
eſt ad modū mirantis ſe habuit(⁊ ſequētib⁹ ſe dixit.Amen dico vobis .nō
inueni tantā fidē in iſrl')id eſt in pp̄lo iudaico qđ intelligendū eſt ꝗ̄tū ad
facilitatē in credēdo q̄ꝛ alij plib⁹ ſignis viſis crediderūt Ille ꝟo nullo mi
raculo viſo.ſꝫ ſolum audito credidit(Dico āt vobis ꝙ multi ab oriente ⁊
occidente venient ⁊ recumbēt cū Abrahā Iſaac.⁊ Jacob in regno celo
rum)q̄ꝛ multitudo gentiū in diuerſis orbis ꝑtib⁹ exiſtētium ꝑ p̄dicationē
aplōꝝ ꝯuerſa eſt ad fidē.⁊ ſic perceperūt grām in pñti ⁊ glām in futuro.
(filij aūt regni)id eſt iudei ex quibus chr̄us erat natus.⁊ q̄b⁹ erat ṗncipa
liter miſſus ad p̄dicandū eis(eijcient̄ in tenebras exteriores)quia repule/
runt fidē chriſti.⁊ ſic in
pctīs ſuis manēt obſti
nati ⁊ ſic eijcientur ad
poenas iferni q̄ dicunt̄
tenebre Vñ Grego.in/
teriores tñbre ſunt ceci
tas mentis Exteriores
eterna nox dānationis.
(ibi erit fletus ⁊ ſtridor
dentium) Vñ Raban⁹
fletus de ardore.ſtridor
dentiū de frigore ſolet o
riri. Unde Job.xxiij.
Tranſibūt de aquis ni
uium ad calorē nimiuꝫ
(⁊ dixit ieſus centuriōi
vade)id eſt ſecure reuer
tere(⁊ ſicut credidiſti).ſcꝫ perfecte.( fiat tibi) .in ſanatione ſerui(⁊ ſanatus
eſt puer)non filius .ſed ſeruus(ex illa hora)ſcꝫ qua dñs ieſus dixit ſibi(fi/
at tibi) Rabanus Fidei merito oſtendit impetraſſe ſalutem ſuo Ultimo
notandū ꝙ legitur in euangelijs chriſtum tres paraliticos curaſſe. vnum
qui iacebat in porticu.xxxviij.annos habens in infirmitate.vt ptꝫ Joā.
v.Alium qui portabatur a quattuor viris in grabato.vt ptꝫ Mar. ix.
Tercium qui fuit ſeruus centurionis ſicut habetur in euangelio hodier/
no.Circa pñs euangelium vbi dr̄ Extendens ieſus manū tetigit eum di/
cens.Uolo mundare Dicit Hugo de prato ꝙ in ſcripturis inuenim⁹ tri
bus mōis lepram fuiſſe mundatā.que ſ̄t tres modos remiſſionis pctōꝝ
Primus modus fuit in ablutōe aque vt lepra naaman.ptꝫ.iiij. Re.v.Et
ſ̄t baptiſmum in quo omnia pctā mundant̄.ſic fuit mundatus cōſtanti/
nus corꝑaliter ⁊ ſpūaliter.i.in corꝑe ⁊ in aīa ſil'.Scđs modus fuit in oſtē
ſione ⁊ miſſione ad ſacerdotē ⁊ ſ̄t ꝯfeſſionē in qua ⁊ per quam pctā mun

ni et venit.et ſeruo meo fac hoc et facit
Audiens autem ieſus miratus eſt ⁊ ſe
quentibus ſe dixit. Amen dico vobis.
Nō inueni tantā fidē in iſrl'.dico auteꝫ
vobis.qđ multi ab oriente ⁊ occidente
veniēt ⁊ recūbēt cū abrahā iſaac et ia/
cob in regno celoꝝ. Filij āt regni eijci/
entur in tenebras exteriores.ibi erit fle
tus ⁊ ſtridor dentiū.⁊ dixit ieſus cētu/
rioni.vade.⁊ ſicut credidiſti fiat tibi et
ſanatus eſt puer eius ex illa hora

dantur. vñ Jacobi. v. Cōfitemī alterutꝝ pctā vrā ꝛ orate ꝓ inuicē vt ſal uemi. Tercius modus fuit in tactu manus chri. ſicut hic dr. Extendens manū. ꝛc. ꝛ fꝫ bonā opatōem. Nā ſi hō in pctō mortali exñs nō deſpat. ſꝫ facit bona opa. orando. ieiunādo. elemoſynas dādo. ꝟbum dei audiendo tunc dñs ieſus chriſtus eo citius illumiat eū. ꝛ nō patiť eū pire. ſꝫ reducit ad pniam. vt pꝫ in Cornelio centurione. de quo legitur Act. x. Elemoſy nę tuę ꝛ orōes aſcēderunt in ꝯſpcū dei. ꝛ ad eū miſſus eſt btūs Petrus a/ poſtolus vt baptizaret eū. Sꝫ ſi in pctō mortali exñs negligit bona opa/ ri. vt multi ſtulti faciūt dicētes. Ad qd pdeſt mi hi bōa opari. tūc deꝰ de relinqt qnqꝫ tales. vt tā dē ſic in pctis ſuis moriť enť ꝛ dānabunť. Unde de hoc dr in decretꝫ In pctis exiſtentes debent bona opa facere. vt deꝰ cor eoꝝ illuſtret. de pœ. di. vi. Falſas. Seqtur. Vade oñde te ſacerdoti. Hic rephendiť error paupe rū de lugduno dicētiū nō eſſe necāriū ſacerdoti ꝯfiteri qꝛ qlibet bonꝰ xpia nus eſt ſacerdos.

## Dñica. iij. poſt octauas Epiphanię Euāgeliū ſcdm Mat. viij.

In illo tempore. Aſcendēte ieſu in nauiculam. ſecuti ſunt eum diſci/ puli eius. Et ecce motus magnus fac tus eſt in mari. ita vt nauicula operire

## Poſtilla.

Aſcendēte ieſu in nauiculā. Mat. viij. Mar. iiij. Lu. vij. Hiſtoria huiꝰ euāgelij fcā eſt anno chriſti. xxxi. kal. augu. feria. v. luna. iij. in dictōe. iiij. Ante initiū illiꝰ euāgelij ſcribit ſanctus Mattheus in eodem caplo. q vnus de ſcribis acceſſit ad ieſum. ꝛ ait illi. Magiſter ſequar te quocunqꝫ ieris. dr ei. vulpes foueas habent. ꝛ volucres cœli nidos. Fili/ us aūt hoīs non hꝫ vbi caput ſuum reclinet. Alius āt de diſcipulis ſuis a it illi. domine pmitte me pmum ire ꝛ ſepelire patrem meum. Jeſus autē ait illi. Sequere me ꝛ dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et ſtatim ſequitur euangelium hodiernum. (Aſcendente ieſu in nauiculam). Unde Chriſ. Cum multa ꝛ miranda. dominus oſtendiſſet in terra tranſijt ad mare vt ibidem excellentiora opera demonſtraret quatenus terrę mariſqꝫ dominum ſe oſtenderet (Secuti ſunt eum diſcipuli eius) ſcꝫ tranſfretātes cum eo (ꝛ ecce motus) id eſt maris turbatio. Unde p̄s. lxiiij. Qui contur bas profundum maris. Et iſta turbatio maris non fuit naturalis. ſed im perio chriſti hęc facta eſt diuina virtute vt manifeſtaretur virtus chriſti diſcipulis eius (magnus) ſcꝫ vt maius appareret miraculum. (factus eſt in mari) id eſt in ſtagno genazareth (ita vt nauicula operiretur fluctibus) ſupple fere. ꝛ dicit operiretur ꝛ non ſubmergeretur quia nauis chriſti con cuti poteſt. ſed ſubmergi non pōt. Cuius figura oſtenſa eſt in arca Noe. vt patet Geneſ. vij. (ipſe vero dormiebat) Lyra. Et hoc duplici de cauſa. Prima vt veritas humanę naturę in eo oſtenderetur. Dormiebat enim corpore ſed vigilabat deitate. Secunda vt diſcipuli in periculo poſiti ad chriſtum recurrerent. ꝛ auxilium ſuum peterent. Ideo ſequitur. (acceſſe/ runt ad eum diſcipuli eius et ſuſcitauerunt eum dicentes) deuotis pręci/ bus. domine perimus). id eſt perire timemus. (ſalua nos). Rabanus. O veraces et benedicti diſcipuli ieſu chriſti ſaluatorē veſtrum vobiſcum

habetis ⁊ periculum timetis vita vobiſcum eſt ⁊ de morte ſolliciti eſtis. (⁊ dixit eis quid timidi eſtis:) Lyra. quaſi diceret Nō deberetis timere cū ſim preſens vobiſcum quem vidiſtis tot miracula facere in terra. (modicę fidei) Chriſ. Propter hoc vocat eos modicę fidei. quia lz crederent chriſtū poſſe eos liberare a periculo cum eſſet excitatus non tamen credebant ꝙ hoc poſſet dormiens facere. quia ſi perfectam fidem haberent cognoſcerent eum tantam ꝟtutem habere dormiendo quantam vigilando ⁊ tantam in mari quantam in terra. Tunc ſcilicet poſt preces diſcipulorū (ſurgens) ſcilicet a ſomno (imperauit ventis ⁊ mari contra inundationem fluctuum (⁊ facta eſt tranquillitas magna in mari) Lyra. ex quo patet eius diuinitas quia miraculum hoc fecit imperando. ſicut dominus omium creaturarum Unde ſequitur. (porro omnes mirati ſunt) Unde Hiero. non diſcipuli ſz nautę. ⁊ ceteri qui erāt in naui (dicentes qualis eſt hic:). Lyra. quia ſicut homo dormit ⁊ ſicz deus miracula facit. Gorra. In miraculis chriſti ſemper aliquid ponitur ad oſtendendā veritatem humanam ⁊ ad oſtendendam veritatem deitatis Uñ Chriſ Somnus huminē trāquillitas deum oſtendebat. Tria ergo admirabātur. Et homiem dormientem ⁊ deum imperantem et creaturam obedientem vnde addunt (quia venti ⁊ mare obedunt ei). ſicut creatura creatori.

tur fluctibus Ipſe vero dormiebat Et accesserunt ad eum diſcipuli ⁊ ſuſcitauerunt eū dicētes. Dñe ſalua nos perimus. Et dixit eis ieſus. quid timidi eſtis modicę fidei: tunc ſurgens imꝑauit ventis ⁊ mari. ⁊ facta eſt trāquillitas magna Porro omnes mirati ſunt dicētes Qualis eſt hic. quia venti ⁊ mare obediunt ei.

Dñica. iiij. poſt octauā Epiphanię. Euangeliū ſcd̄m Mat. xiij.

In illo tp̄e d. i. d. ſ. ꝑabolam hanc Simile factum eſt regnū cęlorum hoī qui ſeminauit bonū ſemen in agro ſuo Cum aūt dormirent hoīes venit inimic⁹ ei⁹ ⁊ ſupſeminauit zizania in medio tritici ⁊ abijt Cum āt creuiſſet herba ⁊ fructum feciſſet. tūc apparuerūt zizania Aſcendentes āt ſerui priſfamilias dixerunt ei. Domine nonne bonū ſemen ſeminaſti in agro tuo Unde ergo habet zizania Et ait illis Inimicus

Poſtilla.

Simile factum eſt regnum coelorum. Mat. xiij. Hiſtoria huius euāgelij facta eſt in menſe aprili videlicet prima die Anno chriſti. xxxiij indictione quinta. (Simile factum eſt regnum coelorum) id eſt ſtatus eccleſię militantis. (homī qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo). Lyra homo ille chriſtus eſt Ager autem eccleſia labore ⁊ ſanguine chriſti exculta. Bonum ſemen eſt ſancta doctrina ⁊ fides catholica (Cum autem dormirent homines) id eſt cuſtodes. Gloſa. Interli. qui ad tutelam ⁊ cuſtodiā ſunt deputati. ꝑ quos prelati deſignantur (venit inimicus homo)

id eſt diabolus. vt patet. Exo. xv. dixit inimicus perſequar et compre/
hendam ꝛ cetera. (ꝛ ſuperſeminauit zizania in medio tritici) qꝛ inter do/
ctrinā veritatis cōmiſcuit fallaciā erroris inter fideles ꝛ electos commiſ/
cuit prauos homines inter virtutes cōmiſcuit vitia (cū aūt creuiſſet her/
ba ꝛ fructum feciſſet apparuit zizania) Chriſ. quaſi ſimilem herbam ha
bens. ita ꝙtum ad exteriorem apparentiam frequenter non eſt differētia
inter ſemen chriſti ꝛ ſemen diaboli. ſed in facto dep̄hendítur diuerſitas (ac
cedentes aūt ſerui patriſfamilias dixerunt ei domine Nonne bonum ſe/
men ſeminaſti in agro tuo vn̄ ergo habet zizania? ꝛ ait illis. Inimicꝰ homo hoc fecit. Serui aūt dixerūt ei vis imus ꝛ colligimus ea. Et ait nō ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis ꝛ triticū. ſinite vtraqꝫ creſcere vſqꝫ ad meſſem. ꝛ in tempꝫe meſſis dicā meſſoribꝫ. colligite p̄mū zizania. et alligate ea in faſciculos ad comburendum. triticū autem congregate in horreum meum

## Dominica quinta.

Confitebor tibi domine pater celi ꝛ cē. Hoc euāgelium quere de ſcis ſcꝫ in feſto ſci Mathie apl̄i.

## Dominica in ſeptuageſima. Euangelium. ſcd̄m Mattheum

In illo tempore. dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celorum homini patrifamilias: qui exijt p̄mo mane conducere oparios in vineam ſuā. Conuentione aūt facta cū oparijs ex denario diurno. miſit eos in vineam ſuam. Et

homo fecit (Gor. diabolus dicitur inimicus homo. ex eo ꝙ homī a p̄ncipio inimicabatur (ſerui autē dixerunt ei. vis imus ꝛ colligimus ea. ꝛ ait nō ne forte colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis ꝛ triticum ſinite vtraqꝫ creſcere) ſcꝫ zizania ꝛ triticum, id ē bonos ꝛ malos (vſqꝫ ad meſſē) id eſt vſqꝫ ad mūdi conſummationem (ꝛ in tempore meſſis) id eſt iudicij dei (dicā meſſoribus) id eſt angelis (colligite p̄mū zizania ꝛ alligate ea in faſciculos ad comburendū) qꝛ miniſterio angelorum ſepabuntur mali tunc de medio iuſtoꝝ ꝛ mittent in gehennā (triticū) id eſt fideles in area huius mūdi contritos ꝛ flagellatos (congregate in horreum meum) id eſt in cœleſte gaudium

## Poſtilla

Simile eſt regnū cœlorū. Mat. xx. Hiſtoriā huius euāgelij locutꝰ
eſt dn̄s ieſus chriſtus anno eius. xxxij. kal̄. Octobris. dn̄ica. luna.
xiiij. indictōe. v. Aū hoc euangeliū ſcribit ſcūs Mat. in. xix. capl̄o. ꝙ Je/
ſus dixit diſcipulis ſuis. Amē dico vobis. qꝛ diues difficile intrabit in re/
gnū cœloꝝ. ꝛ iteꝝ dico vobis. facilius eſt camelū p̄ foramē acus tranſire.
ꝙ diuitem intrare in regnum cœlorū. auditis aūt his diſcipuli mirabañ/
tur valde dicētes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe: aſpiciēs autē ieſus ait il
lis apud hoīes. hoc impoſſibile eſt. apud deum aūt omnia poſſibilia ſunt

Gloſa. diues difficile intrabit in regnum cœlorū. Lyra. difficile dicitur. ⁊ non impoſſibile. qꝛ difficile eſt diuitias poſſidere. ⁊ nō ſteneri nimis amore earum. Et iterū dico vobis facilius eſt camelū ꝑ foramē acus tranſire Lyra. hoc nō intelligit̄ de quolibet diuite. ſed de conſtituente finē in diuitijs et totam cōfidentiam ſuam. ergo Marci. x. dr̄ Qꝫ difficile cōfidentes in pecunijs intrabunt in regnū cœlorum. Lyra. poſſeſſio diuitiarum reddit hominem difficilem ad perfectionē acq̄rendam nō tamē facit impoſſibilem. qꝛ Abrahā fuit diues valde ⁊ tamen fuit ꝑfectus. vt habet̄ Geñ. xvij et ideo dicit̄ Ecci. xxxi. Beatus vir diues qui inuentus eſt ſine macula Et ſeq̄tur. Et quis eſt hic ⁊ laudabimus eum: quaſi diceret vix ⁊ cum difficultate inuenitur. Poſtmodum ſequitur euangelium hodiernum (Simile ē regnum cœlorum) id eſt ſtatus eccleſię militantis (homini paterfamilias) Iſte eſt deus pater qui ita gubernat totum mundum ſicut patrifamilias ſubditos in domo (qui exijt ꝑmo mane conducere oꝑarios in vineam ſuam) vinea eſt vniuerſalis eccleſia. cuius palmites ſunt iuſti qui a ꝑmo homine iuſto ſcꝫ abel colligunt̄ vſqꝫ ad vltimuꝫ hominem iuſtuꝫ qui naſciturus eſt vt dr̄ Gre. Hęc vero vinea tot de ſe protulit palmites q̊t ſanctos protulit a iuſto abel. vſqꝫ ad vltimum electum qui in fine mūdi naſciturus eſt. Oꝑarij aūt ſunt doctores ⁊ p̄lati a deo miſſi ad culturam huius vineę ꝑ p̄dicationem ⁊ doctrinam. (Qui exijt primo mane) Lyra. qꝛ a principio mundi vſqꝫ ad noe fuerūt. M. dc. lvi. anni. In quo tempe aliquos ſcōs p̄rēs ad eruditōem hoiꝫ miſit ſcꝫ Adam. zeth ⁊ Enoch. ⁊ alios ſcōs ⁊ iuſtos (Conuētōne āt facta cū oꝑarijs ex denario diurno) Lyra. Conuentio iſta ē promiſſio vitę ęternę pro labore. q̄ quidē vita ęterna dr̄. denarius diurnus q̇ eſt ęqual' oībus qꝛ vita ęterna erit ęqualis oībus q̄tū eſt ex ꝑte finis. qꝛ nūq̄ꝫ finem habebit (Et egreſſus circa horā terciā) hora tercia intelligit̄ mundi diſcurſus a tpe noe vſqꝫ ad abrahā. in quo tpe elapſi ſunt. ccc. lxxxix. anni. In q̇bus annis aliq̇ ſci ad eruditōem aliorū miſſi ſunt a deo. vt noe. ſem. thare. ⁊ ſic de alijs (Iterꝫ exijt circa ſextā ⁊ nonā horā. ⁊ fecit ſil'r) Hora ſexta fuit ab abrahā vſqꝫ ad moyſen. In quo tpe elapſi ſunt. cccc. anni. in q̇bus annis miſſi ſunt abrahā iſaac ⁊ Iacob. ⁊ xij. pꝛiarchę. ⁊ ſic de alijs. Hora nona a moyſe vſqꝫ ad chriſtum. In quo tpe elapſi ſunt. M. d xi. anni. In q̇bꝰ annis ad eruditōem ppl'i miſſi ſunt Moyſes ⁊ Aaron ⁊ Ioſuę iudices. reges et ꝓphetę ⁊ ſacerdotes. Extāt eīn ꝟſus de ętatibus veteris legis. vt infra Sexcentum mille. ſex quinquaginta dat adam. Octoginta nouem/

egreſſus circa horā terciā vidit alios ſtantes in foro ocioſos. ⁊ dicit illis Ite et vos in vineā meā. ⁊ quod iuſtū fuerit dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterum autem exijt circa ſextam ⁊ nonā horam ⁊ fecit ſimiliter. Circa vndecimam vero exijt. ⁊ inuenit alios ſtantes. Et dicit illis. q̇d hic ſtatis tota die ocioſi: dicunt ei. quia nemo nos conduxit. dicit illis. Ite ⁊ vos in vineam meam. Cum aūt ſero factum eſſet. dicit dominꝰ vineę ꝓcuratori ſuo. voca

qꝫ trecentos. Noe ſub arca. Circumciſus abraam quadringentos habet annos. Dat trigintaqꝫ ſex quadringentos moyſi lex. Septuaginta te/tras. quadringenta Dauid ⁊ rex Sex quadringentos dat tranſmigrans babilonqꝫ. Ante Jeſum certus hic annorum datur ordo Tractus ab hebreis habet ⁊ ſic biblia noſtra. Ante ieſum numerat mundi hieronymus annos Unum ter mille. ſeptingentos decies ſex. Utraqꝫ biblia dat. tam noſtra qꝫ iudeorum. Nota verſus ſequens non eſt beati hieronymi. Ante ieſum. cc. minus vno millia quinqꝫ. (Circa vndecimam vero exiit ⁊ inue/nit alios ſtantes ⁊ dicit illis) Undecima hora intelligitur a tempore chriſti vſqꝫ ad finem mundi. In quo tempore gentiles vocati ſunt per predi/cationem apoſtolorum ⁊ aliorum eccleſie doctorum (Quid hic ſtatis tota die ocioſi?) quia enim a principio mundi vſqꝫ tunc laborare in bonis ope/ribus neglexerant quaſi tota die ocioſi ſtabant (dicunt ei. quia nemo nos

operarios et redde illis mercedem: in cipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad primos. cum veniſſent ergo qui circa vndeci/mā horā venerāt acceperunt ſingulos denarios. Venientes aūt ⁊ primi arbitrati ſunt ꝙ plus eſſent accepturi. Acceperūt aūt ⁊ ipi ſingulos denarios ⁊ accipientes murmurabant aduerſus patrēfamilias dicentes. hi nouiſſimi vna hora fecerūt. ⁊ pares illos nobis feciſti: qui portauimus pōdus diei et eſtus. At ille rñdēs uni eoꝝ dixit. ami/

conduxit) id eſt nullus propheta nullꝰ doctor ad inſtruendum nos venit. quia lex ⁊ prophete filiis iſrael date fuerūt vt illi in ſpirituali ſanc/tificatione vigerent. ex quibus ſecundum car/nem chriſtus erat naſciturus (dicit illis. Ite et vos in vineam meam) ſcilicet corde credendo. ore confitendo. opere laborando. Unde Chri/ſoſtomus. Quiſquis cū fide recta bonis operibꝰ inſiſtit huiuſ vinee o/perarius exiſtit (Cū autem ſero factum eſſet) Gorra. Sero eſt mors hominis. vel ſero eſt tempꝰ iudicii. quia illud erit in fine mundi. Item ſicut ſero redit homo ad domū ſuam. animalia ad nidum. Ita in iudicio quilibet ad locum quem ſibi pre parauit ibit vel ad ſiniſtram. vel ad dexteram (dicit dominus vinee) id eſt deus pater qui eſt dominus iure creationis (procuratori ſuo) Nicolaus de lyra. id eſt homini ieſu chriſto. qui miſſus eſt ad procurationem ſalutis humane (voca) Iſta vocatio generaliter fiet in iudicio. Ut patet Joannis quinto. Uenit hora quando mortui audient vocem filii dei. et qui audie/rint viuent (operarios) ſiue bonos ſiue malos (et redde illis) ſtatim ſine di/latione (mercedem) ſuam. ſcilicet totā ſine diminutione. vt p3 primo Corinthiorum tercio. vbi dicit Unuſquiſqꝫ propriam mercedem accipiet ſe/cundum laborem ſuum (incipiens a nouiſſimis vſqꝫ ad primos) Quan/doqꝫ enim nouiſſimi in labore ſunt primi in premio. Unde ſecundū beatum Gregorium. A nouiſſimo paterfamilias denarios reddere cœpit. qui ad paradyſi requiem prius latronem qꝫ petrum perduxit (cum ergo veniſſent qui circa vndecimā horam venerant) ſc3 ad operandum in vinea (ac/

ſeperūt ſingulos denarios)id ē vitā ęternā q̄ ęqualis erit omnib⁹ nulli lō gior. nulli breuior. meritoꝝ tn̄ diuerſitate fulgebūt. alij magis alij minus vt p3 j. Coꝛ. xv. Differt ſtella a ſtella in claritate. hic aūt denarius vnus in ſe eſt. multiplex aūt ꝓpter accipiētium differentiā(veniētes aūt ⁊ primi) id eſt illi q̄ p̄mo vocati ſunt ad penitentiā(arbitrati ſunt q̄ plus eēnt accepturi) Glo. interli. ſc3 digniorē locū in regno(acceperūt ⁊ ipſi ſingulos denarios)id ē ſimilia p̄mia iuxta cōuentione p̄dictā. vn̄ Remigius dt. id eſt eandē eternitatē(⁊ accipiētes murmurabāt)iſta murmuratio p̄t dici lōga extenſio poenę in limbo. vn̄ Grego. Antiqui q̄ poſt longa inferni tēpa ad coelū p̄ueniunt quaſi poſt murmurationem denariū accipiūt. nos aūt ſine murmuratōne. q2 mox cū de corp̄e eximus ſine mora p̄mium accipim⁹ ſi iuſti fuerimus. Similiter pōt exponi de diu poenitente ⁊ martyre q2 vnus ſtatim euolat ſic3 alius. dicitur ergo (⁊ accipiētes murmurabāt) ſc3 conq̄rendo( aduerſū patrēfamilias dicentes hi nouiſſimi)id eſt martyres vł in pnīa. ⁊ in bonis opib⁹ īferiores(vna hora fecerūt)q2 modico tp̄e laborē ſuſtinuerūt. (et illos pares nobis feciſti)ſc3 in p̄mio(q̄ portauimus pondus diei ⁊ eſtus)pondus ſc3 p̄ceptorū ⁊ eſtū carnalis cōcupiſcētię quotidie eidē reſiſtendo(at ille reſpondens vni eorum dixit amice non facio tibi iniuriam nōne ex denario diurno cōueniſti mecū?)id eſt nōne p̄miſiſti pro vita eterna ſeruare decalogum(tolle ergo quod tuum eſt)quia paratus ſum tibi reddere mercedem tuam(et vade)ſcilicet propter impletionem mandatorum. ⁊ intra in gaudium domini tui(volo autem ⁊ huic nouiſſimo)ſcilicet in penitentia feruenti(dare ſicut ⁊ tibi)innocenti(an non licet mihi q̄d volo facere?)quia non volo niſi bonum ⁊ licitum. Unde Gregorius. ſtulta eſt queſtio contra bonitatem dei(an oculus tuus)id eſt intētio tua qua ad p̄matum niteris(neq̄3 eſt. q2 ego bonus ſum)ex natura bonitatis meę. ideo nulli facio iniuriā(ſic erūt nouiſſimi)id eſt humiles hic ⁊ abiecti( primi)in futuro in ſua exaltatione. vt patz Luc. xviij. Omis qui ſe humiliat exaltabitur(et p̄mi)in eſtimatione hominū in p̄nti(erūt)q̄n̄q3(nouiſſimi) in iudicio dei qui eſt ſcrutator ⁊ cognitor cordiū(Multi em̄ ſunt vocati) Lyra. ſc3 ad fidē(pauci vero electi)ad glām. vn̄ Grego. Multi ad fidē veniūt. ſed ad coeleſte regnū pauci p̄ducuntur. vn̄ etiā Mat. vij. Arta eſt

ce non facio tibi iniuriam. Nonne ex denario diurno conueniſti mecū? Tolle ergo quod tuum eſt ⁊ vade. Uolo autem ⁊ huic nouiſſimo dare ſicut ⁊ tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus neq̄3 eſt. q2 ego bon⁹ ſum. Sic erunt nouiſſimi primi. ⁊ primi nouiſſimi. Multi em̄ ſunt vocati: pauci vero electi.

¶ Dn̄ica in ſexageſima. Euangelium ſcd̄m Lucam. viij.

In illo tp̄e. Cū3 turba plurima cōueniret ⁊ de ciuitatib⁹ ꝓperarēt ad ieſum dixit p ſilitudīem. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemē ſuū: ⁊ du3 ſeminat aliud cecidit ſecus viam ⁊ cō

via que ducit ad vitam ⁊ pauci ſunt qui inueniũt eam⁊ lata ⁊ ſpacioſa eſt
via q̄ ducit ad ꝑditionem ⁊ multi ambulant per eam

¶ Poſtilla.

Cum turba pluria ꝯueniret Lu.viij. Mat.xiij. Mat.iiij. Hiſto
ria huiꝰ euã. fcã. eſt in aplí ꝓma die ãno chri.xxxij.indictõe.v. Ante
inicium illiꝰ euã. ſcri. ſcũs Lu. in ꝑncipio illiꝰ ca. ꝙ ipſe chrũs iter faciebat
per ciuitates ⁊ caſtella ꝑdicans ⁊ euãgelizãs regnũ dei ⁊ xij. cũ illo. Et mu
lieres aliq̃ erant curate a ſpiritib⁊ malignis ⁊ infirmitatib⁊ Maria q̄ vo
catur magdalena de q̃ ſeptẽ demonia eiecerat ⁊ Joãna vxor chuſe ꝓcura
toris herodis ⁊ ſuſanna ⁊ alie multe q̃ miniſtrabãt ei de facultatibus ſu
is.⁊c. Tunc ſequit̃ hodiernũ euangeliũ (Cũ turba pluria ꝯueniret Gor.

culcatum eſt et volucres celi comede
runt illud et aliud cecidit ſupra petra⁊
et natum aruit quia non habebat hu
morem et aliud cecidit inter ſpinas et
ſimul exorte ſpine ſuffocauerunt illud
et aliud cecidit in terram bonam et or
tum fecit fructum centuplum Hec di
cẽs clamabat q̃ habet aures audiendi
audiat. Interrogabãt aũt eũ diſcipuli
eius q̃ eſſet hec parabola quibus ipſe
dixit vobis datũ eſt noſſe myſterium re
gni dei ceteris autem in parabolis. vt
videntes nõ videãt ⁊ audientes non in
telligãt. Eſt autẽ hec parabola. Semẽ
eſt verbum dei. Quod autem ſecus vi

in q̃ explicat̃ ꝑdicatio
nis chri gratioſitas ad
q̃ tot hoĩes ꝯueniebãt
(⁊ de ciuitatib⁊). nõ tm̃
de villis rurales ſ⁊ etiã
de ciuitatib⁊ ciues (ꝓpe
rarẽt ad ieſum) chriſtu⁊
Et ĩ hoc notat̃ turba⁊
feruor ⁊ deuotio q⁊ (con
ueniebãt) nã q̃dã in ꝑn
cipio. q̃da⁊ in medio et
quidã in fine ſmõis ſed
ſimul veniebãt vt audi
rẽt ꝟbũ dei (dixit ꝑ ſili
tudinem) Glo. interli. i.
parabolã Quare loque
bat̃ in ꝑabolis? Rñde
tur vt a ſimplicib⁊ eiꝰ ꝑ
dicatio faciliꝰ retineret̃.
(Exijt q̃ ſemiat) Gorra
ſenſus lrãlis ẽ planus.

Myſtice. Miſſus ſc⁊ filius dei a prẽ in mũdum vt pt⁊ Joã. xvi. Exiui a
prẽ ⁊ veni in mundũ (qui ſemĩat) id eſt cuiꝰ officiũ eſt ſemiare (ſemẽ) ſc⁊ ꝟ
ba exteriora ſm aſſumptã humanitatẽ ⁊ interiora ſm deitatẽ ꝓpter hoc
eñ officiũ venit in hũc mũdum vt ſemen doctrine in mundum ſpergeret.
Lu.x. alijs ciuitatib⁊ oportet me euãgelizare regnũ dei ideo miſſus ſum.
(⁊ dum ſeminat) Hic ſubdit drãs auditor⁊ ꝟbi dei mõ dic textum euan
gelij vſq⁊ ibi. (Qui h⁊ aures audiẽdi audiat). Unde Chriſt̃ hic ſemiator
poſtq⁊ parabolã pñtis euãgelij ꝓpoſuit dixit. (Qui habet aures audiẽdi
audiat) Beda Quotiẽs eñ hec ãmonitio vel in euãgelio. vl̃ in Apocalip
ſi Joannis interponit̃ vel vbicũq⁊ hoc ꝟbũ in diuis ſcripturis ponit̃ exci
tatio eſt mẽtis ad intelligendũ myſteriũ Querendũq⁊ h⁊ a nobis intẽtiꝰ
et oñdit̃ ergo (hec) ꝟba (dicẽs clamabat) ſc⁊ vt attẽtius audiret̃. (q̃ h⁊ au
res) Gor. hoc dicebat q⁊ oẽs habebãt aures ſed nõ oẽs audiebãt vt intel
ligerẽt ⁊ bñ agerẽt Pro quo ſciẽdũ q⁊ triplex ẽ auditus Primꝰ ẽ nature ſen
ſitiue Scđs interioris intelligẽtie Terciꝰ obediẽtie De q̃ triplici auditu dr.

# Pagina

in p̄s.xlviij. Audi filia.q̄ ad p̄mū.⁊ vide.q̄ ad fīn.⁊ inclina aurē tuā quo ad terciū (Interrogabāt āt eum diſcipuli ei⁹ q̄ eſſet hec ꝑabola) Glo. non interrogabāt eū ſtatī in p̄ñtia ꝑp̄li ſ; cū eſſet ſolus. vt hētur. Mat. xiij. (quib⁹) ſcȝ diſcipl'is interrogātib⁹ (dixit. vobis) q̄ fideles eſtis. (datū ē noſſe myſteriū regni dei) ſcȝ intelligētia ſcp̄turaꝝ (ceteris āt in ꝑabolis). i. phariſeis ⁊ iudeis incredulis (vt vidētes). i. videre ſe reputātes (nō videant) velut videntes foris humanitatē nō videāt intus diuinitatē) ſcȝ oculo fidei velut vidētes foris miracula nō videāt intus ꝟtatē dei oꝑantem (⁊ audientes) ſcȝ ꝟbum exterius (nō intelligāt) ſenſum ſpūalem interius (eſt aūt hec parabola).

**am hi ſunt qui audiunt deinde venit diabolus et tollit ꝟbum de corde eoꝝ ne credentes ſalui fiant. Naȝ quod ſupra petram hi ſunt qui cum audierint cuȝ gaudio ſuſcipiunt verbum ⁊ hi radices non habent. quia ad tempus credunt ⁊ in tempore temptationis recedunt. Quod autem inter ſpinas cecidit hi ſunt qui audierunt ⁊ a ſollicitudine**

Hic ſubdit dn̄s parabole expoſitionē (ſemen eſt ꝟbū dei) dicit̄ āt ſemen ꝟbū dei. ꝓpter ſimilitudinē. Primo q̄ꝛ ſemē qđ ſeminat̄ niſi ſub terra condatur ſine fructu manebit ſic ꝟbum dei qđ in p̄dicatione audit̄ niſi in ꝓfundo memorie ſeruetur ōnino ꝑditur. Unde dauid in p̄s. cxviij. In corde meo abſcondi eloq̄a tua. vt non peccem tibi. Scđo q̄ꝛ ſemen ſine bn̄ficio ſolis non creſcit ſic ꝟbum dei predicatum ſine gratia dei adiuuante inutile exiſtit. Et hec eſt ratio quare in principio ſermonis grā imploratur ⁊ ſcōꝝ inuocatio vt ſcȝ q̄ poſſibilitas noſtra non obtinet eoꝝ nobis interceſſione donetur. Tercio ꝓpter neceſſitatem reficiendi. Nam ſicut ſemen eſt materia panis ad refectionem corporis ſic verbum dei eſt materia predicationis ad refectionem anime vtȝ. Deu. octauo Non in ſolo pane viuit homo ſed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Unde Grego. Cibus mentis eſt verbum dei. Poſt modum ſubdit hic auditorum verbi dei quattuor differentias. (quod aūt ſecus viam hi ſunt qui audiunt) id eſt vna pars ſeminis cecidit ſecus viaȝ id eſt ſ'c cor vanitati ⁊ voluptati expoſitum (⁊ conculcatum eſt) Conculcatio tranſeuntium ſ'c carnales affectiones (⁊ volucres cœli comederunt illud) per volucres intelliguntur demones. Ergo comeſtio volucrum ſ'c ſuggeſtionem demonum. Unde ſubdit (deinde venit diabolus ⁊ tollit ꝟbum) id eſt memoriam verbi (de corde eorum. ne credentes ſalui fiant) inuidet em̄ diabolus ſaluti hominum. Salus āt per fidem habetur vtȝ. Lu. vij. fides tua te ſaluam fecit (nam quod ſupra petram) Hi ſunt duri ⁊ rebelles per ſuperbiam (qui cū audierint cū gaudio ſuſcipiunt ꝟbum.) quia tales in audiendo p̄dicationem delectant̄ ſed cū de p̄dicatione recedūt ſtatim decedunt a bono ꝓpoſito qđ habuerunt (⁊ hi radices nō hn̄t) ſcȝ ꝓfunde firmitatis. Ratio āt q̄re arbor radices nō hȝ aliq̄n ē q̄ꝛ nimis ſepe trāſplantat̄ ⁊ hi freq̄nter de bono ad malū mutant̄ ⁊ iō nō radicant̄ in bono vn̄ ſubdit̄ (q̄ꝛ ad t̄ps credūt ⁊ in t̄pe tēptationis recedunt vt pȝ. Ecci. xviij A mane vſq; ad veſperam immutabitur t̄ps (quod autem cecidit inter ſpi

nas hi ſunt) ſcꝫ anxij per cupiditatē tpalium. Diuitię tꝑales ſpinę vocant
qꝛ aiam vulnerāt ⁊ pungūt (q̄ audierūt ⁊ a ſollicitudinibꝫ) id ē a cura ſu-
perflua in acq̄rendo (⁊ diuitijs) id eſt ab ipa rex abundātia in poſſidēdo (⁊
voluptatibꝫ vitę) .i. a ſequēte luxuria diuitijs vtēdo eūtes ſuffocant) qꝛ qñ
incipiūt cogitare de ſpūalibꝫ ſtatim ſe immiſcet cogitatio de tpalibꝫ. ⁊ ꝑ-
ualens ſuffocat ꝟbum (qḋ aūt in terrā bonam) id ē in cor bonū ⁊ deuotū.
(hi ſunt q̄ in corde bono) per īduſtriā naturalē (⁊ optio) ꝑ grām ieſu chriſti
(audiētes ꝟbū dei retinēt) ſcꝫ in mēoria (⁊ frcm̄ afferūt in pa̅tia vñ Mat.
xiij. dr̄. Alij afferūt frcm̄ triceſimū. vt q̄ ſunt in ſtatu ꝯiugali. Alij ſexage
ſimum. vt qui ſunt in ſtatu viduali. Alij centeſimum. vt qui ſunt i ſtatu v-
giali. ¶ Circa pñs euangeliū vbi dr̄. Exijt q̄ ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Dicit Hugo de prato ꝙ ꝑdicator verbi dei hoc qḋ ꝑdicat verbo dꝫ opeꝛe iplere. vt ſi ꝑdicat mundana ꝯtemni. debet ⁊ ipſe hoc facere. Si ꝑdicat abſtinētiam ⁊ pniam debet ⁊ ipſe facere. Si prędicat ꝑdicator vitia fugere ⁊ ꝟtutes habere debet ⁊ ipſe virtuoſus eſſe ⁊ ſic de alijs. ſic docere verbo ⁊ exemplo ſic verus prędicator dominus ieſus fecit. vt ptꝫ Actuum ꝑmo. Cœpit Jeſus facere ⁊ docere. Sequitur ī
euangelio (ſemen eſt verbum dei) Ubi diligenter eſt aduertendum ꝙ ver-
bum dei eſt valde precioſum quia comparatur corpori chriſti. Unde Au-
gꝰ. Interrogo inquid vos fratres vel ſorores dicite mihi quid vobis plꝰ
eſſe videtur ꝟbum dei an corpus chriſti? Si vultis vex reſpondere hoc v-
tiq̄ꝫ dicere debetis. qḋ non ſit minus verbum dei quam corpus chriſti. Et
ideo quanta ſollicitudine abſeruemus quādo nobis corpus chriſti mini-
ſtratur. vt nihil ex ipſo in terram cadat. tanta ſollicitudine obſeruemus
ne verbum dei quod nobis erogatur dum aliud aut cogitamus aut loqui
mur de corde noſtro depereat. Ex quibus iam dictis patet quod qui ſcien
ter et ex propoſito deſidioſe vel ſaltem contemptibiliter audiunt graui-
ter peccant. Unde Auguſtinus et etiam allegatur in decretis. Non mi-
nus reus erit qui verbum dei negligenter audit q̄ꝫ ille qui corpus chriſti
in terrā cadere negligentia ſua permiſit ex hęc ille. Quod ſpecialiter intel
ligi pt̄ de illo qui ex negligētia leui in terram ſineret cadere eucharıſtiam.
Uel ille qui negligēter audit vl̄ cū ꝯtēptu ꝟbū dei vel de illo qui non cu-
rat ꝟbū dei audire in his q̄ ſunt de nccitate ſalutis quę prius ignorauit

bus ⁊ diuitijs ⁊ voluptatibꝫ vitę euntes ſuffocantur ⁊ non referunt fructū. Quod autem in terram bonam hi ſūt qui in corde bono ⁊ optimo audientes verbum retinent ⁊ fructum afferunt in patientia.

¶ Dñica in quīquageſima. Euāgeliū ſcḋm Lucam. xviij.

In illo tp̄e. Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos et ait illis. Ecce aſcēdimus hieroſolymam et cōſummabuntur oīa quę ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tra-

# Pagina

¶ Poſtilla.

Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ⁊c. Luce. xviij. Mat. xx. Mar. x. Hiſtoria huius euangelij facta eſt anno chriſti. xxxiij. xviij. kal. aprilis. feria quarta luna. vi. indictōe ſexta. Ante inicium huius euangelij ſcribit ſanctus Lucas in eodem ca. ꝙ chriſtus dixit diſcipulis ſuis. Amen dico vobis Nemo eſt qui reliquerit domum aut parentes aut fratres aut vxorem aut filios ꝓpter regnum dei ⁊ nō recipiat multo plura in hoc tp̄e ⁊ in futuro ſeculo vitam eternam poſtmodū immediate ſequitur euangeliū illud (Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos) Hor. dn̄s ieſus p̄uidens ex ſua paſſione diſcipulos ſuos perturbandos Ideo p̄ dixit eis paſſionis pœnā ⁊ reſurrectionis gloriam vt cum eū morientē cernerent reſurrecturū nō dubitarēt. (⁊ ait illis) ſcʒ tā͞q ſuis ſecretarijs ⁊ amicis (Ecce aſcendimus hieroſolymā) q͛ hierl'm in mōtanis erat (⁊ cōſummabūtur oīa q̄ ſcripta ſunt ꝑ ꝓphetas de filio hoīs) id eſt de v̄ginis filio q͛ ꝓphete ſcripſerunt de paſſione chriſti futura vt patet Hiere. xi Quaſi agnus māſuetus qui portať ad victimā Itē Eſa. liij. Sicut ouis ad occiſionē duceť ⁊ quaſi agnus corā tondēte ſe obmuteſcet ⁊ nō aperiet os ſuū. Itē Eſa. liij. Ipſe vulneratus eſt ꝓpter iniq̊tates nr̄as attritus eſt ꝓpter ſcelera nr̄a Item Eſa. l. Corpus meum dedi ꝑcutientib' ⁊ genas meas vellētib' faciem meā non auerti ab increpantibus ⁊ conſpuentibus in me. Hic notandum eſt cum carniſpriuiū ſit tempus gaudij ⁊ leticie ſm̄ ꝯſuetudinē mundi ſcʒ comedere carnes ⁊ bibere vinū ⁊ delitijs carnalib' perfrui. Quare ergo ſcā mater eccl'a in tp̄e iucūditatis ꝯmemorat nobis ⁊ ad mēoriā reducit triſtia inſignia paſſiōis chriſti Rn̄deť ꝙ q̄libet audiēs hodie p̄dicare euāgeliū d̄ paſſiōe chriſti ſic retrahať a vanitatib' ⁊ gaudijs mūdi vn̄ ſequiť. (tradetur enī gētibus) Hora traditus fuit chriſtus Primo a diſcipulo ſuo iuda iudeis. vt pʒ Mat. xxvi. Quid vultis mihi dare vt ego eum vobis tradā? Secundo a iudeis pontio pylato qui erat preſes gentilis. Tercio traditus eſt econuerſo a pylato ipſis iudeis vt flagellaretur ⁊ crucifigeretur et illuderetur Primo enī illuſus fuit in domo cayphe pontificis dicentis prophetiza nobis chriſte quis eſt qui te percuſſit? Secundo in pretorio herodis qui ſpreuit eū cū exercitu ſuo ⁊ illuſit ei cū veſte alba Tercio in atrio pylati vbi fuit coronat' ⁊ cū arūdine ī capite ꝑcuſſus vʒ Mat. xviij

detur enī gentib' ⁊ illudeť ⁊ flagellabitur ⁊ conſpuetur ⁊ poſtq̄ flagellauerīt occident eum ⁊ tercia die reſurget. Et ipſi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum iſtud abſconditū ab eis ⁊ nō intelligebant que dicebantur Factum eſt autem cum appropīquaret hiericho Cecus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntem interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei ꝙ ieſus nazarenus tranſiret. Et clamauit dicens ieſu fili dauid miſerere mei. Et qui preibant increpabant eum vt taceret. Ipſe

Et genuflexo añ eum illudebāt ei dicētes Aue rex iudeoꝝ. Quarto in pa tibulo crucis vt pꝫ Mat. xxvij. mouentes capita ſua dicentes Vach ꝙ deſtruit templum dei (ꝛ flagellabitur) Flagellatus em̄ fuit ꝑmo colaphis in facie. vt pꝫ Mat. xxvij. Et colaphis eum ceciderunt Scđo arundine in capite. vt pꝫ Mat. xxvij. Et accipiebant arundinē ꝛ ꝑcutiebant caput eius. Tercio flagellis in toto corꝑe. vt pꝫ Joan. xix. Tunc apprehendic ieſum pylatꝰ. ꝛ flagellauit eum (ꝛ ↄſpuetur) Cōſputus em̄ fuit primo a iudeis in domo cayphe. vtꝫ Mat. xxvij. Tunc expuerunt in faciem eius Scđo a gentilibus in atrio pylati vtꝫ Joan. xix Et dabant ei alapas. ꝛ expuentes in eum. ꝛc̄. (Et poſtq̄ꝫ flagellauerint occident eū) Unde Gorra. Ecce magna crudelitas. qꝛ nō ſufficit eis alteꝝ. ſcꝫ vel flagellare vel occidere. ſed vtrūq̄ꝫ Unde pylatus flagellatū voluit dimittere. ꝭm illō Joānis. xviij. Emendatū ergo illū dimittam. ſꝫ iudei noluerūt. ſed poſt flagellatōem eum occidi ꝓcurauerunt (ꝛ tercia die reſurget) In hoc promittit eis ↄſolatōem de veloci eius reſurrectōe. ꝛ eius reſurrectio exemplar eſt nr̄e reſurrectiōis (et ipſi nihil hoꝝ intellexerūt) Lyra. qꝛ adhuc rudes ꝛ imperiti erāt. ergo nō intellexerūt (Factū eſt aūt cum appropinq̄ret hiericho) Superius iā chriſtus ꝑdixit diſcipulis ſuis paſſionis infirmitatem. ſcꝫ. ne ſcandalizarent Hic oſtēdit ſuā potentiā. ꝛ hoc ꝑ miraculoſam ceci illuminationem.

vero multomagis clamabat. Fili dauid miſerere mei. Stans aūt ieſus iuſſit illum duci ad ſe. Et cum appropinquaſſet interrogauit illū dicens Quid tibi vis faciaꝫ? At ille dixit. Dn̄e vt videam Et ieſus dixit illi Reſpice Fides

Vn̄ quos terruit verbo. cōfirmauit miraculo Per ꝑmum aſtruitur in eis fides humanitatis. ꝑ ſecundū fides diuinitatis. (Cecus quidam ſedebat ſecus viaꝫ mendicans. Et cū audiret turbam ꝑtereuntē).

multa em̄ turba precedebat. ꝛ etiam multa ſequebatur ieſum. in quo oſtenditur teſtimonium doctrine. (interrogabat quid hoc eſſet). ꝛ hoc ē valde vtile interrogare de ieſu. id eſt ſaluatore. (Dixerunt autem ei. quia ieſus nazarenus tranſiret) Nazarenus eſt dictus. quia ī nazareth eſt cōceptus ꝛ etiam ibidem nutritus (ꝛ clamauit) non tantum clamore exteriori ſed etiam interiori. De quo dicitur in ꝑs. cxviij. Clamaui in toto corde meo (dicens ieſu fili dauid miſerere mei) quaſi diceret non pecuniam ſꝫ miſericordiā peto. Et in hoc ꝙ hic cecus clamauit. Jeſu fili dauid miſerere mei. confitetur vtrāq̄ꝫ in chriſto naturam ſcꝫ humanam In hoc ꝙ d̄r fili dauid. ꝭm em̄ humanam naturam natus eſt ex progenie dauid Et diuinā ↄfitetur in hoc ꝙ dicit. miſerere mei Dei em̄ eſt proprium miſereri. (ꝛ qui preibant increpabant eum vt taceret). Iſti ꝭcant homines a bono alios retrahentes. (ipſe vero multomagis clamabat. Fili dauid miſerere mei) in quo datur nobis exemplum ꝙ quanto magis nobis occurrunt impedimenta. tanto magis eſt clamandum ꝛ inuocandum diuinum auxilium. (ſtans aūt ieſus iuſſit illū duci ad ſe) in quo appꝫet clemētia chriſti quia non dedignatus eſt ſtare ꝛ alloq̄ viles ꝑſonas ꝛ pauꝑes Unde Hiero. Cecus qui ſequi non poterat ſtat dn̄s ꝛ eum vocare iubet. ne turba prohiberet.

# Pagina

Gorra. ſic dẽrent facere p̄ncipes nrı̄. ſcꝫ cū ſtare viderẽt paupes ꝯq̄rentes
ꝛ facere vocare ad ſe vt audirẽt eoꝝ q̄rimonias. facerẽtqꝫ eis iuſticiam ex
pedire. Sꝫ iam p̄t dici de aliq̄bꝰ illud Eſa. p̄. Pupillo nō iudicāt ꝛ cā vi/
duę nō ingredit̄ ad illos (ꝛ cū appropinq̄ſſet interrogauit illū dicēs. quid
tibi vis faciā?) q. d. chriſtus nō ſanat inuitos ſꝫ volūtarios. vñ Aug⁹. Qui
creauit te ſine te. nō iuſtificabit te ſine te (At ille dixit domīe. vt videam).
Ecce bona ꝛ diſcreta petitio Nō em̄ petiuit auꝝ ꝛ argentū. ſed tm̄ lumē
vñ p̄s. cxlv. Dñs illumiat cęcos (ꝛ ieſus dixit illi. reſpice) nō appoſuit ma
nū nec aliqđ vngentū ad ſanādum eū. ſed ſolū v̄bū. qm̄ ipſe dixit ꝛ facta
ſunt (fides tua te ſaluū fecit). Gorra. ex fide em̄ impetrat̄ ſalus ſpūalis et
etiā corpalis (ꝛ ꝯfeſtim vidit) nihil em̄ mediat inter deū ꝛ fcm̄ dei (ꝛ ſeq̄/
bat̄ illū) Ecce ſignū pfectę illumiatōis ſcꝫ in corpe ꝛ in aīa (magnificans
deum) Gorra. id eſt magnū dicens eum magnitudīe v̄tutis Vñ p̄s. cxlvi.
Magnus dñs nr̄ ꝛ magna v̄tus eius (ꝛ oīs plebs vt vidit) qđ fcm̄ eſt nō
inuide vt pharizei. ſed (dedit laudē deo) id ē potentię dei. ꝯgratulādo ſani/
tati cęci Vñ circa p̄ñs euangeliū vbi đr. oīs plebs vt vidit dedit laudem
deo Sed heu hodie plures chriſtiani deū nō laudāt. ſed dehonorant tri/
pliciter. Primo q̄dam
honorant mundū exer/
centes diuerſos malos
ludos ꝛ p diuerſas ma
las lęticias. Nunc lar/
uis demonū in ſignū q̄
ſunt filij demonū vten/
do. nūc alijs paganicis
geſtis vtendo p recrea/
tione. vt putāt corpis.
ſed reuera p corpis et a
nimę deſtructione. Se
cūdo alij deuꝫ hodie in
honorant corpus ſuum
paſcendo contra laudē
dei vt ptꝫ ad Phil. iij. Quorum deus venter eſt. ꝛ de illo deo quot mira/
cula faciat. quere in ſermone Diſcipuli ſuper ep̄las dñicales. ſermone. xlv
Tercio alij hodie ꝯtra laudē dei ducūt choreas illicitas ꝓpter q̄s totiēs
vnum ſaltum faciunt v̄ſus infernū. quotiens vnū in chorea faciunt ſaltū
In tali em̄ eſt peccatum mortale Unde beatus Auguſtinus đt Omnis
motus petulantię ſaltus eſt in profundū cloacę Et illa autoritas etiaꝫ al
legatur in ſumma vitiorum in capitulo de chorea.

tua te ſaluū fecit. Et ꝯfeſtim vidit ꝛ ſe
quebat̄ illū magnificās deum. Et oīs
plebs vt vidit dedit laudē deo.

¶ Dñica p̄ma in quadrageſima. Euā
geliū ſcđm Mat. iiij.

In illo tempe Ductus eſt ieſus
in deſertum a ſpiritu. vt tempta
ret̄ a diabolo Et cū ieiunaſſet quadra/
ginta diebus ꝛ quadraginta noctibus
poſtea eſuriūt. Et accedens temptator

¶ Poſtilla.

Ductus eſt ieſus. ꝛc̄. Mat. iiij. Mar. p̄. Lu. iiij. Tēptatus eſt dñs
ieſus chriſtus anno eius. xxx. viij. idus ianuarij Feria. ij. luna. v. in
dictione. iij. Añ initiū illi⁹ euāgelij hētur Lu. iij. Fcm̄ eſt āt vt oīs ppl̄s
baptizaret̄ a Joāne. ꝛ Jeſu baptiſato ꝛ orante. aptū eſt cœlum. ꝛ deſcen
dit ſpūſſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum. Et vox de cœlo
facta eſt Tu es filius meus dilectus in te mihi complacui. Et ipſe Jeſus
erat incipiens quaſi annoꝝ. xxx. vt putabatur filius Joſeph Jeſus āt ple

nus ſpũſancto regreſſus eſt a iordane. Tunc ſcʒ ſtatim poſt baptiſmum.
(Ductus eſt ieſus) ſcʒ ſpõtanee (in deſertũ) qḋ eſt inter hierlm ꝛ hiericho
vbi quidam hõ incidit inter latrones vt habeť Lu. x. (a ſpũ) ſupple ſcõ.
(vt tẽptaretur a diabolo) Gorra voluit ãt temptari chriſtus vt temptato
rem ſuperaret vt tẽptatos ꝯfortaret vt modũ vincendi doceret. quia ne/
mo põt eſſe ſine tẽptatõibꝫ vt patꝫ Job. vij. Militia eſt vita homis ſuper
terram (ꝛ cũ ieiunaſſet) Lyra. vt carnẽ ſuam innocentẽ ꝓ nobis macera/
ret. ꝛ exemplũ fidelibꝫ daret etiã ieiunandi. (q̃draginta diebꝫ ꝛ q̃draginta
noctibꝫ) nõ vltra ieiunauit vt ꝟtus diuinitatis diabolo celareť quia etiã
Moyſes in monte ꝛ helias in itinere tot diebꝫ ieiunauerunt Aliter tamẽ
ieiunauit chriſtus. ꝛ aliter moyſes ꝛ helias. Nam illi nõ ieiunauerunt ꝟ/
tute ꝓpria ſicut chriſtus. ſed Moyſes ſuſtentatus colloqo dei vt habetur
Exodi. xx. capitulo Helias vero ieiunauit in fortitudine cibi ſemel ſum/

dixit ei. Si filius dei es dic vt lapides
iſti panes fiant. Qui reſpõdens dixit.
Scriptum eſt Non in ſolo pane viuit
homo: ſʒ in omni ꝟbo quod ꝓcedit de
ore dei. Tũc aſſumpſit eũ diabolꝰ ĩ ſan
ctã ciuitatẽ. et ſtatuit eum ſup̃ pĩnacu/
lum templi. ꝛ dixit ei. Si filius dei es
mitte te deorſum Scriptum eſt enĩ. qꝛ

pti. ſcʒ cuiuſdam panis
ſubcinericij (poſtea eſu/
rijt) Per hoc oſtendit ĩ
ſe veritatem humanę
infirmitatis et occaſio/
nem temptatori dedit.
Ideo ſequitur. (ꝛ acce/
dens temptator) ſcilicet
in ſpecie humana Ad e
uidentiam huius temp
tationis aduertendum
ꝙ diabolus ſciebat prę
dictum per prophetas ꝙ chriſtus futurus erat verus deus ꝛ verus homo
vt habetur expreſſe. Eſaię. ix. Paruulus natus eſt nobis et filius datus ẽ
nobis. ꝛc. ſed neſciebat certitudinaliter quod Jeſus nazarenus eſſet ipſe
deus. ergo temptamdo. (dixit ei ſi filius dei es). ſcilicet naturalis et per
conſequens ei ęqualis in poteſtate. (dic vt lapides iſti panes fiant. Un/
de Chriſoſtomus Cogitauit apud ſe ſi poterit de lapidibus facere panes
vere filius dei eſt. ſi autem non poterit. homo eſt. (qui reſpondens). ſapien
ter ne diuitatem eius poſſet perpendere. (dixit. Scriptum eſt). Deute.
viij. (Non in ſolo pane). ſcilicet corporali. (viuit homo. ſed in omni verbo
quod procedit de ore dei). Lyra. ꝙ vercificatur non ſolum de vita ſpiritu
ali ſed etiam corporali. ſicut patet de moyſe qui ieiunauit. xl. diebus et xl
noctibus. locutione dei ſpiritualiter et corporaliter ſuſtentatus. Unde.
Rab. Sicut corpus humanum non poteſt viuere ſine terreno cibo ita ꝛ
anima non poteſt viuere ſine dei verbo (Tunc) ſcilicet poſtq̃ꝫ deuictus eſt
(aſſumpſit eum diabolus) Gorra. et hoc corporaliter Et ſcd̃m aliquos eũ
in brachiis portauit. ſcd̃m alios ad manum duxit. ¶ Sciendum ꝙ hoc
non eſt mirum ꝙ chriſtus filius dei permiſit ſe a diabolo duci Unñ Grego
rius in omel. Quid ergo mirꝫ. ſi ſe ab illo ꝑmiſit duci. q̇ ſe etiaꝫ ꝑtulit a
mẽbris illius crucifigi ſcʒ a Pylato ꝛ a iudęis q̇ fuerunt mẽbra diaboli.
(in ſcãm ciuitatem). id eſt in hieruſalem. quę dicebať ſancta. quia diuino
cultui deputata ꝓpter templum quod erat ibi. Nec erat licitũ in lege do/
mini alibi deo ſacrificare (ꝛ ſtatuit eũ ſupra pinaculũ templi). Gorra. pin

naculum dr̄ deambulatorium circa muros templi.vbi aſcendebant ſacer dotes populo predicantes(⁊ dixit ei.Si filius dei es mitte te deorſum). Lyra.quaſi diceret hoc ꝟtute ꝓpria potes ſine ꝑiculo Et etiam ꝓpter mi niſterium angeloꝝ tibi ſeruientium(Scriptum eſt em̄.qꝛ āgelis ſuis mi dauit de te ⁊ in manib᷒ tollent te.ne forte offendas ad lapidem pedem tu um Ait illi ieſus rurſum)Chriſ.nihil motus vel indignatus.ſed cū mul ta modeſtia ſcripturaꝝ ei rn̄dit(Scriptum eſt)Deute.vi.(Non tempta bis dn̄m deum tuum).Lyra.tētare em̄ deum eſt querere expimentum de dei virtute abſq̧ ineuitabili neceſſitate.⁊ hoc eſt pctm̄.qꝛ qn̄cunq̧ homo habet aliquid quod p̄t facere ſm viam humanam ad euadendum ꝑiculū non debet illud obmittere querendo diuinum expimentum Et ꝓpter hoc probatio ferri candentis ⁊ duella tanq̧ illicita ꝓhibentur ab eccl'a.ꝑ hoc em̄ rn̄dit dn̄s ieſus chriſtus diabolo tētanti ipſum qꝛ cū poſſet de pinna culo templi deſcendere per viam humanam ſcꝫ per gradus ad hoc factos in templo.non debebat per aliū locum deſcēdere quia hoc eſſet deū temp tare.(Iterꝝ aſſumpſit e um diabolus)Hoꝛ.vt ſi nō ex vno tn̄ ex reliq̄ eū ſuꝑaret(in montē excel ſum valde.⁊ oſtendit ei oīa regna mūdi) Lyra nō eſt ſic intelligendum ꝙ ex illo loco poſſent ō nia regna ⁊ oēs ciuita tes determinate videri ſed oſtendēdo diuerſas partes orbis dixit ei.ta le regnū eſt in tali ſitu. et tale in tali.enarrādo breuiter magnitudineꝫ et gloriam illorum reg norum (⁊ dicit ei.Hec oīa dabo tibi)quaſi di ceret.in oībus illis faci am te regem Et hoc dia bolus arroganter loq̄ batur.Non em̄ potuit facere.ſed mentiebaꝛ qꝛ mendax eſt.et pater ei ſcꝫ mendacij vtꝫ.Ioā. viij.(ſi procidens)tanq̧ inferior.(adorauerís me).tanq̧ ſuperiorem Ecce diabolus cultum diuinum ſibi nititur vſurpare. Unde et ab initio a ꝓpe tiīt ſe deo ſimilē fieri.vt habetur Eſaie.xiiij(Tunc dixit ei Ieſus vade ſa thana)id eſt recede a me quia aduerſarius es veritati. Hoc ait ieſus qua ſi cū indignatōe qd̕ nō fecit in ꝑcedētib᷒ tēptationib᷒.ad oñdendū ꝙ pro prias iniurias debet hō patienter portare.ſed dei iniuriā nullo mō ſuſti nere ⁊ hanc ꝟitatem ꝑ ſcripturā confirmat dicens(Scriptū eſt em̄)Deu

angelis ſuis deus mandauit de te.⁊ in manib᷒ tollent te.ne forte offendas ad lapidē pedē tuū.Ait illi Ieſus rurſum Scriptū eſt.nō temptabis dn̄m deuꝫ tuū.Iterꝝ aſſumpſit eum diabolus in montē excelſum valde.⁊ oſtēdit ei oīa regna mūdi ⁊ gloriam eoꝝ.et dixit illi. Hec oīa dabo tibi ſi ꝓcidēs adoraue ris me.Tunc dicit ei Ieſus Uade ſa thana.Scriptū eſt em̄ Dn̄m deuꝫ tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſerties Tūc reliq̄t eū diabolus.⁊ ecce angeli acceſſerūt et miniſtrabant ei.

Dn̄ica ſcd̕a in quadrageſima Euan geliū ſcd̕m Mat.xv.

In illo tp̄e Egreſſus ieſus ſeceſſit in partes tyri ⁊ ſydonis.⁊ ecce mu lier chananea a finib᷒ illis egreſſa cla

Ly.adoratōe latrię q̄ ſoli
ſexto(dn̄m deū tuū adorabis ⁊ illi ſoli ſeruies) deo debeť. Dci aūt venerari pn̄t veneratōe dulię(tūc reliquit eū diabolus) tanq̄ cōfuſus ex dei triumpho(⁊ acceſſerūt angeli ⁊ miniſtrabant ei)ſicut dn̄o vero ꝓprio ſerui. Ex hoc apparet diuinitas chriſti.q2 nulla natura ē ſuper angelicam niſi diuina. Circa pn̄s euangeliū vbi dr. vt temptaretur a diabolo ſcʒ Lucifero ¶ Notandū eſt ꝙ lucifer fuit de ſummo ordīe ſupe rioris hierarchię.⁊ in illo ordīe ſupmū ordinē tenuit cui tanq̄ principi de ſingulis ordinib9 magna multitudo adheſit.quos oēs ſecū duxit Lucifer aūt dictus q2 p̄ ceteris luxit ſueq̄ pulchritudīs cōſideratio cum excecauit ſubditoſq̄ habere voluit ⁊ nulli ſubiectus eē cōcupiuit. Primū hoīem tē ptauit ⁊ uicit.chriſtū tēptauit ⁊ victus ē prātez ſuā amiſit quā in vltimis tpib9 recupabit.nūc ligatus.ſʒ in fine mūdi ſolueť ¶ Poſtilla

Egreſſus ieſus ⁊c. Mat.xv. Mar.vij. Hiſtoria huius euāgelij facta eſt anno chriſti.xxxij.viij.idus Maij.feria vi.luna.xix.indi

mauit dicens ei. Miſerere mei dn̄e fi/ li dauid.filia mea male a demonio ve xatur. Qui nō reſpōdit ei verbū Et ac cedentes diſcipuli eius rogabant euʒ dicentes.dimitte eam q2 clamat poſt nos. Ipe aūt reſpōdens ait. Non ſum miſſus niſi ad oues q̄ perierunt dom9 iſrael. At illa venit ⁊ adorauit eum di cens.domine adiuua me.q̇ reſpōdens ait Nō eſt bonū ſumere panem filioꝝ et mittere canibus. At illa dixit. Etiā domine. Nam et catelli edūt de micis

ctōe.v. Añ initium illi us euāgelij ſcribit ſcūs Mattheus in eodē ca/ pl̄o.ꝙ chriſtus dixit di/ ſcipulis ſuis Omis plā tatio quā nō plantauit pater meus cœleſtis era dicabitur. Sinite illos ſcʒ phariſeos ⁊ ſcribas ceci ſunt ⁊ duces cecorū Cecus aūt ſi ceco duca/ tum preſtet ambo in fo ueam cadūt. Tūc poſt modū ſequiť euangeliū hodiernum ( Egreſſus ieſus)ſcilicet de terra ge razenorum relictis ſcri/

bis ⁊ phariſeis calumniatoribus ſuis q̇ ex hoc calūniabātur q2 diſcipuli chriſti tranſgrederenť traditiones ſeniorum ⁊ nō lotis manibus maudu carent.⁊ hoc ipſi pharīſei putabant eſſe grande peccatmu Chriſtus autem dixit.non lotis manibus manducare non coinquinat hominem.ſed q̄ de corde exeunt.ea coinquinant hominem.de corde em̄ exeunt cogitationes malę.homicidia.adulteria.fornicationes.furta.falſa teſtimonia ⁊ blaſphe mię.hęc ſunt quę coinquinant hoīem(ſeceſſit in ptes tyri ⁊ ſydonis)tyrus et ſydon ſunt ciuitates gentilium ſitę in terra promiſſionis ꝓpe montem libani(et ecce mulier chananea)ſcʒ natione. Nam chananei habitauerunt in terra promiſſionis ante filios iſrael nec poterant p eos totalr̄ extirpa/ ri. Vn̄ iſta mulier ab illis quę remanſerant deſcenderat. Iſta autē mulier audiuit de miraculis ieſu chriſti.et ideo firmiter credebat q2 filiam ſuā ſa/ nare poterat(a finibus illis egreſſa) Et vt habeť Marci.vij. Primo veīt ad ieſum intra domū.ſed quia eam ibi non exaudiuit.ſecuta eſt eū in itine re(clamauit dicens ei. Miſerere mei dn̄e fili dauid) Audiuerat em̄ chriſtū promiſſum iudeis deſcendere de genere dauid ergo clamauit.miſerere mei

# Pagina

fili dauid (filia mea male a demonio vexat̄. Qui non respōdit ei verbum) hęc est pⁱma duricia quā christus ostēdit huic mulieri. Nō ꝓpter indignationē. ſed vt ex pſeuerātia ipſius in prece firmitas fidei eius ⁊ deuotio ostēderet̄ diſcipulis vt ipſi diſcipuli pro ea rogarēt. vt ſic oñderet nos ſcōꝝ pcibus indigere. Vñ ſeq̄tur (Et accedētes diſcipuli eius rogabāt eū dicentes. Dimitte eā q꞉ clamat poſt nos) Ly. moti eīn erāt ad hoc ex cōpaſſione videntes fidem ⁊ deuotōem mulieris (Ipe aūt rñdens ait. Non ſum miſſus niſi ad oues quę perierunt domus iſrael) Iſta fuit ſcda duricia chriſti ad mulierem iſtā. q.d. eā nō eſſe de ouibꝫ iſrl' id ē dei ⁊ ꝑ cōſequēs relinq̄bat̄ ꝙ ipſa erat de ouibꝫ diaboli. Ly. antiq̄s patribꝫ iudęoꝝ fuit facta ꝓmiſſio de chriſto. ſicut abrahę ⁊ dauid. Sed q꞉ iudęi ꝑ maiori pte fidem chriſti repulerūt ⁊ gētiles eā ſuſceperūt. Iō dicit Hiero. nō dicit chriſtus hoc quin etiā ad gētes miſſus ſit. Cū aūt hęc mulier videret nihil poſſe impetrare per aplos tūc pſonaliter ꝓpius acceſſit. Vñ ſeq̄tur (At illa venit ⁊ adorauit eū) ſcȝ tanq̄ dūm ⁊ creatorē oīm creaturaꝝ. tanq̄ deū cœli ⁊ terrę. tanq̄ pceptorē angelorū ⁊ hoīm (dicēs dñe) ⁊ q꞉ filię infirmitatē ſuaȝ ęſtimabat. Ideo dt (adiuua me. qui rñdens ait. nō eſt bonū ſumere panē filiorū et mittere canibꝫ) Hęc eſt tercia duricia ꝙ eā canē appellauit. ⁊ nō eſſe dignū pane (At illa dixit etiā dñe) Hic oſtēdit̄ humilitas mulieris huius ꝙ ipſa fatebat̄ ſe eē canē dicēs (etiā dñe) q꞉ verū ē qd̄ dicis nec peto panē integrū ſed micā (nā ⁊ catelli edūt de micis q̄ cadūt de mēſa dñoꝝ ſuoꝝ) q.d. ꝙ ſicut catelli aliq̄ modica vtpote micas cadentes de mēſa pcipiūt ſic ⁊ ego gētilis debeo ſaltē modicū qd̄ pcipe de bn̄ficijs tuis. Quęrit̄ hic q̄re chriſtus huic mulieri tantā oſtendit duriciam?

que cadūt de menſa dñorū ſuoꝝ. Tūc reſpondēs ieſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua. fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Reſpōdet Hieronymus. Hoc fecit vt exemplū perſeuerātię nobis daret ⁊ eius fidē ⁊ conſtantiā ꝓbaret ⁊ ꝓbatā manifeſtaret (tūc rñdens ieſus ait illi O mulier magna eſt fides tua) Iacobꝫ pariſienſis hoc pȝ ex hoc ꝙ filiā nō ſecū adduxit ad ieſum. ſed eam dimiſit in domo nec chriſtū ad eā ire petiuit. q꞉ credebat eū poſſe filiā ſuā liberare ſolo v̄bo (fiat tibi ſicut vis) Ly. q.d. fides tua hoc meret̄. Chriſ. Hic oſtēdit̄ q̄ntum valet cōſtantia orōnis. q꞉ qd̄ apli nō obtinuerūt iſta pfecit (⁊ ſanata eſt filia eius ex illa hora) ſcȝ qñ ſermo chriſti proceſſit ex ore eius. q꞉ cū redijt domū inuenit filiā ſanę mentis. ⁊ plene liberatā ⁊ ſanatā ¶ Circa pñſens euangeliū vbi dicit̄ filia mea a demonio vexatur. Notandum ꝙ ad hoc ꝙ quis non poſſideatur a diabolo duo valent. Primo vt quis ſibi a peccato caueat pſertim mortali. ⁊ ſi incidit ſtatim cōuertat̄ q꞉ in talem demon poteſtatē non habet. vt ꝓbat Caſſianus in collatōe patꝝ ꝑ exēplū de ſancto Antonio quē duo magi odiētes per tres ſucceſſiue demones eijcere de cella ſua conabant̄. Cū aūt beatus Antonius tēptationē amariſſimā ſentiens oraret ⁊ ſigno crucis ſe muniret ſp vacui demones receſſerūt. Et ſic tandem magi illi a beato Antonio virtutem crucis chriſti ⁊ fidei catholicę diſcentes ad fidem conuerſi ſunt. Tunc definit beatus Antonius nullatenus demones poſſe mentem cuiuſdam vel corpus inuadere ni-

ſtea m primum deſtituerint omnibus cogitatiõnibus ſanctis. ⁊ niſi pri/us mentem poſſiderit. Secundo valet fides et ſimbolum dictum vel cru/cis ſignum pro ſe vel ſuis impreſſum. Exemplum patet in dialogo Grego/rij libro tercio. caplo vij. de iudeo cuſtodito per ſignum ſancte crucis.

Poſtilla

Erat ieſus eijciens demonium. Luce. xi. Matth. xij. Marci. iij. Hoc euangelium factū eſt anno chriſti. xxxi. kal. decembris. feria quinta. indictōe quarta. luna. xvij. Añ initiū illius euangelij ſcribit ſctūs Lucas in eodem caplo. Factū eſt cū eſſet ieſus in loco quodam orans. vt ceſſauit dixit vnus ex diſcipulis eius ad ipm. Dñe doce nos orare ſicut Jo/annes docuit diſcipulos ſuos. Et ait illis. cū oratis dicite Pater noſter q̄ es in coelis ſanctificet nomē tuū ⁊c. Tunc poſtmodū ſeqtur euāgeliū ho/diernū (Erat ieſus eijciens demoniū) Hor. Cōuenienter aūt poſt documē/tum orationis poīt miraculū expulſioīs demonis. q2 hic ē vnus effcūs orōis. vt patz Mat. ix. Hoc genus demonioꝝ nō eijcit niſi in orōe ⁊ ieiunio (⁊ illud) ſcz obſeſſum nō demoniuz (erat mutū) Hor. ſcz ab effcū q2 mutū faciebat hoīez et Mat. xij habet q eti/am cecus erat. ⁊ Mar. ix. q etiaz ſurdus erat. Vñ Beda. In vno ho/mīe tria ꝑpetrata ſunt miracula. cecus videt. mutus loqtur. obſeſſus a demonio liberat (⁊ cū eieciſſet demoniuz locu/tus eſt mutus. ⁊ admi/rate ſunt turbe) ſcz ſim/plices ⁊ miores. Maio/res āt calūniabant mi/raculū blaſphemabant. Vñ ſeqtur (quidā autē ex eis) ſcz ſcribe ⁊ phariſei (dixerūt in beelzebub ꝑncipe demoniorū eijcit demonia) miraculū illud erat publicū. ⁊ ideo denegare nō poterāt. ſed per/uertere conabant dicentes q virtute demonis factum eſſet. Odiū em̄ ⁊ in/uidia ꝑuertunt iudicia ⁊ facta interꝑtant ad deteriorē ꝑtem. Scribe aūt et phariſei valde oderūt chriſtū. q2 acriter arguebat eorū vitia. ⁊ iō mira/cula diuina ꝟtute facta dixerūt fieri arte magica ſcz in beelzebub ꝑncipe demonioꝝ. Vñ Beda. Cultus idolatrie a rege ciuitatis Niniue ortum habuit. q de morte pris ſui noīe Beel. intantū doluit qd ob memoriā ſui auream ſtatuā patris ſui imaginē ⁊ ſimilitudiem habentem fecit quā he

Dominica tercia in quadrageſima.
Euangelium ſcdm Lucā. xi.

In illo tempore. Erat ieſus eij/ciens demonium. et illud erat mutum. Et cum eieciſſet demonium locutus eſt mutus ⁊ admirate ſunt turbe. Quidam autem ex eis dixerunt in beelzebub principe demoniorum eijcit demonia Et alij tentantes ſignū de celo querebant ab eo. ipſe aūt vt vi/dit cogitationes eorum. dixit eis. Omne regnum in ſeipſo diuiſum deſolabitur ⁊ domus ſupra domum cadet. ſi autem et ſathanas in ſeipſuz diuiſus eſt. quō ſtabit regnum eius: q2 dicitis in beelzebub me eijcere demonia. Si autem ego in beelzebub eijcio demo/nia. filij vrī in quo eijciūt. Jō ipſi iudi

lumus vos ignorare de dormientibus vt nō contriſtemini ſicut ceteri q̄ ſpem non habent. Nam quilibet chriſtianus credere debet reſurrectioneʒ et ſi h charus ꝛ fidelis tibi fuit. milleſies tibi charioꝛ erit in cœlo. Et ſi hic tibi vtilis fuit. milleſies tibi vtilioꝛ erit in cœlo quia omnia merita tecuʒ condiuidet. Unde Anſelmus. Unuſquiſq̄ tm̄ gaudet de alterius merito quantum de ſuo proprio.

¶ Poſtilla.

Cum intraret ieſus in domum. ꝛc. Luce. xiiij. Matthei. xij. Hoc ſignum ꝛ hanc phariʒeorum increpationem fecit dominus Jeſus. Anno eius. xxxij. ſabbato. v. nonas octobris. luna. xiij. indictione. q̄nta. Ante initium illius euangelij ſcribit ſanctus Lucas in precedenti capitulo q̄ quidam dixit ad ieſum. Domine ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos. Contendite intrare per anguſtam portam qꝛ multi dico querent intrareʒ non poterunt. Cuʒ autem intrauerit paterfamilias ꝛ clauſerit oſtiū incipietis foris ſtare et pulſare ad oſtium dicentes. Domine aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis. Tunc incipietis dicere manducauimus coram te ꝛ bibimus ꝛ in plateis noſtris docuiſti ꝛ dicet vobis Neſcio vos vnde ſitis. diſcedite a me omnes operarij iniquitatis in ignem eternuʒ ibi erit fletus, ꝛ ſtridoꝛ dentium.

magnus ſurrexit in nobis ꝛ quia deus viſitauit plebem ſuam

¶ Dn̄ica. xvij. poſt octauas penthecoſtes. Euangeliū ſcd̄m Lucā. xiiij.

In illo tp̄e Cū intraret ieſus in domū cuiuſdā p̄ncipis phariʒeoꝝ ſabbato manducare panē Et ipi obſeruabāt eū. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illū. ꝛ r̄ndens ieſus dixit ad legiſperitos ꝛ phariʒeos. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehenſum ſanauit eum ac dimiſit. Et reſpōdens dixit ad illos. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteū cadet ꝛ nō cōtinuo extrahet illum die ſabbati. ꝛ nō poterant ad hec

Et tunc poſtmodum ſequitur euangelium hodiernum (Cum intraret ieſus in domum cuiuſdam principis phariʒeorum) Gorra. in domo principis phariʒeorū ꝛ alioꝝ aduerſarioꝝ ſuoꝝ comedit chriſtus. ꝛ hoc ꝓpter eoꝝ edificatōem ꝛ ꝓpter ꝑfecte charitatis oſtēſionē que eſt diligere inimicos. vt pʒ Luce. vi. Diligite inimicos veſtros. ꝛc. (ſabbato manducare panem) Gorra. nomine panis. vite neceſſaria deſignātur. Intrauit autē ad comedendum nō fercula voluptatis ſed panem neceſſitatis. Lyra. Iſte princeps phariʒeorum inuitauit chriſtuʒ malicioſe. ꝛ nō ex deuotōe. Un̄ ſubdit (ꝛ ipi obſeruabant eum) Lyra. attendentes ſi inter epulas aliquid diceret aut faceret. vn̄ eum poſſent accuſare (et ecce homo quidam hydropicus) Lyra. hydropicus dicit̃ ab hydoꝛ quod ē aqua quia hydropicus habet aquam inter carneʒ ꝛ cutem ꝛ hoc eſt ꝓpriū hydropici q̄ quanto plus bibit tanto plus ſitit (erat ante illum) Cirillus dicit q̄ ille non petiuit a

chriſto ſanari timore phariſeorum ⁊ iudeorum. ſed ſoluꝫ ſe oſtendebat vt chriſtus videns eum eius miſereretur(⁊ reſpondens ieſus dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos) Lyra. non reſpondet ipſis ad verba qꝛ queſtio nõ ꝓponebat. ſed ad cogitatões eorum rñdit. Vñ Beda. Per hoc rñdit ſe eſſe verum deum qui ſolus nouit corda hominũ. dicens (ſi licet ſabbato curare?) Gor. id eſt ſi licet opera pietatis ⁊ miſericordie. facere ſine ſabbati violatione. cuiuſmodi opus eſt infirmum curare (at illi tacuerunt) vñ Beda. Merito tacent qui cõtra ſe dictũ quicquid dixerint videt. Si em̃ licet ſabbato curare cur ipm obſeruãt? Si nõ licet cur pecora curant (ipſe vero apprehenſum ſanauit eum) Ly. qꝛ ꝑ impõnem manuũ ipm curauit ⁊ poſtmodum manũ retraxit (ac dimiſit) ſcꝫ abire corꝑaliter ſanatũ (⁊ reſpõdẽs ad illos dixit cuius veſtrum aſinus aut bos in puteũ cadet ⁊ non cõtinuo extrahet illum die ſabbati?) Gor. quaſi diceret. Si ſabbatum non frangitis ſubueniendo pecoribus. q̃to minus frango ipm ſubueniendo hominibus (⁊ non poterant ad hec reſpondere illi) Ly. tanq̃ confuſi euidenti ratione. Sed notandum ꝙ magna fuit phariſeorum malicia. qꝛ plus curabant de animalibus q̃ de hominibus. Sic ⁊ multi plebani ⁊ prelati maiorem curam habent de rebus temporalibus q̃ de animabus. Vñ Chriſoſtomus. Cadit aſina et eſt qui ſubleuet. perit anima ⁊ non eſt qui recogitet (dicebat autem ad inuitatos parabolã) Lyra. confutando eos de ſuperbia ⁊ ambitione indebita honoris (intendens quomodo primos accubit⁹ eligerẽt) Gor. quomodo ꝰ ꝑmis accubitis obtinẽdis laborarent (dicẽs ad illos Cum inuitatus fueris ad nuptias) Cirillus ad nuptias cœleſtes de quibus dicitur Apocalipſis decimonono. Beati qui ad cœnam magni nuptiarum vocati ſunt (non diſcumbas in primo loco) ille in primo loco diſcumbit qui ſe in corde prefert alijs. Sicut phariſeus qui dixit. non ſum ſicut ceteri homines. Secundo dignitatem ſeu p̃laturam indebite ambiendo. ſicut Lucifer. Vnde Iſaie. xiiij. Ero ſimilis altiſſimo (ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo ⁊ veniens is qui te ⁊ illum inuitauit dicat tibi da huic locum Et tunc incipias cum rubore) id eſt cum confuſione (nouiſſimum locum tenere. ſed cum vocatus fueris ad nuptias vade ⁊ recumbe in nouiſſimo loco) ſcꝫ minorem te alijs reputando. Sicut apoſtolus fecit q̃ dixit. ego ſum minimus apoſtolorum (vt cũ venerit q̃ te ⁊ illũ inuitauit dicat tibi amice aſcende ſuperius) ſcꝫ in pñti ꝑ grãm ⁊ in futuro ꝑ gloriam (tunc erit tibi gloria corã ſimul diſcũbentib⁹) id eſt in eadem beatitudine q̃ieſcentibus (qꝛ omnis q̃

reſpondere illi Dicebat aũt ad inuitatos parabolam. intendens quomõ ꝑmos accubitus eligerent dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias non diſcumbas in primo loco Ne forte honoratior te ſit inuitatus ab eo et veniẽs is qui te ⁊ illũ vocauit. dicat tibi da huic locum. Et tunc incipias cũ rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cuꝫ vocatus fueris. vade ⁊ recũbe in nouiſſimo loco. vt cũ venerit q̃ te et illũ inuitauit dicat tibi amice aſcen

ſe exaltat)ſcꝫ ſupbiēdo(humiliabiť)neccāriō hic vł in futuro Vn̄ Prouer. xxix. Supbū ſeqtur hūilitas(et qui ſe humiliat) volūtarie ex corde(exal/tabiť)hic vł in futuro ſicut oñt Gre. q̄druplici exēplo dicēs Pupilla oculi quāto ē nigrioꝛ tāto lucidioꝛ. cādela q̄̄to magis incliať tāto maioꝛi luce ꝑfundiť Arboꝛ q̄̄to ꝓfundi⁹ radicať tāto altius creſcit Aqua q̄̄to magis dñdit deoꝛſum. tāto magis aſcēdit ſurſum. Sic hō q̄̄to magis vileſcit ſi/bi ⁊ inclinať ꝑ hūilitatē tāto magis luie grē ⁊ glie repleť. Et q̄̄to magis deſcēdit humiliādo ſe. tāto magis aſcēdit ad deū. Vn̄ circa pn̄s euan. vbi dr̄ Et ipi obſeruabāt eū. Querit hic an chriſtus debuit tenere vitā ſolitariā aut ſocialē Rn̄deo cōſiderato fine ad quē venerat. tūc magis decuit eū tenere vitam ſocialē q̄̄ ſolitariā. Venerat em̄ p̄mo ad oñdendū ſe verum deū ⁊ hoīem qđ opoꝛtebat opib⁹ aꝓbare⁊ ſic vitā ſocialē tenere Scđo venerat ad nos informādum in moꝛib⁹ ⁊ exemplis q̄ nō potuiſſet ſolita/rie ſp ſtando. q̄re decuit eū vitā ſocialē tenere. Tercio venerat ad liberādum nos tam ab infirmitatib⁹ coꝛpalib⁹ q̄̄ ſpūalib⁹. q̄re decuit eū talē vitam tenere vt ſe domeſticū hoībus oſtēdendo eos attraheret ad bonū. verbo exēplo ⁊ cōſideratōe. ⁊ ſic eū feciſſe oſtendūt euāgeliſtę dicentes ꝙ ibat de ciuitate in ciuitatē ⁊ in caſtella ⁊ in villas ⁊ de iudęa in galileā. ⁊ econ/uerſo. Et multū laboꝛabat p̄dicādo. infirmos ſanādo. ⁊ miracula faciendo. vt daret poſteris intelligere ſe talē vitam elegiſſe q̄ eſſꝫ nobis magis vtilis ⁊ melioꝛ ⁊ vtilioꝛ ⁊ tutioꝛ. qꝛ frater q̄ iuuatur a frē eſt vt ciuitas minuta ⁊ firma. Et ve homī ſoli. qꝛ ſi ceciderit nō habet ſubleuan/tem ſe.

de ſupius. tūc erit tibi gloꝛia coꝛam ſimul diſcumbentibus. qꝛ omīs qui ſe exaltat humiliabitur. et qui ſe humiliat exaltabitur.

¶ Dn̄ica. xviiį. poſt octa. pēthe. Euangeliū ſcđm Mat. xxiį.

In illo tempoꝛe. Pharizei audientes ꝙ ieſus ſilentiuꝫ impoſuiſſet ſaducęis. conuenerunt in vnuꝫ et interrogauit eum vnus ex eis legiſ/doctoꝛ temptans eum. Magiſter qđ eſt mandatum magnum in lege? Ait

¶ Poſtilla.

Pharizei audien/tes ꝙ ieſus. ⁊c̄. Mat. xxiį. Marci. xiį Lucę. xx. Hanc diſputationem cum pharizeis fecit dn̄s ieſus. Anno eius. xxxiiį. xi. kaľ. apꝛilis feria. iiį. lu. xiį indictione. vi. Lyra. Pro intellectu illius euangeliį Notandum ꝙ inter iudęos quidam erant qui vocabantur ſaducei. qui reſpicie/bant tm̄ quinq̄ libꝛos moyſi. ⁊ dicebant animam hominis eſſe moꝛtalē. et ꝑ cōſequens negabant reſurrectionem coꝛpoꝝ. Et iſti ſaducęi acceſſerūt ad ieſum ⁊ interrogauerunt eū dicentes. Numeri. xxiį. Moyſes dixit. ſi quis moꝛtuus fuerit nō habēs filiū ducat frater vxoꝛem eius vt ſuſcitet ſemē fratris ſui. Erant aūt apud nos ſeptem fratres. ⁊ p̄mus vxoꝛe ducta defunctus eſt et non habēs ſemē reliquit vxoꝛem fratri ſuo. Siľr ſecun/dus ⁊ tercius vſq̄ ad ſeptimum. Nouiſſime aūt oīm mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo cuius erit de ſeptē vxoꝛ? oēs em̄ habuerūt eā Scriptum eſt Deutero. xxv. Qñ habitauerunt frēs ſimul ⁊ vnus ex eis abſq̄

# Pagina

liberis mortuus fuerit vxor defuncti non nubet alteri. ſed accipiet eã fra/
ter eius ꝛ ſuſcitabit ſemẽ fratris ſui. Et primogenitum ex ea filiuꝫ nomĩe
illius appellabit. vt non deleatur nomen eius ex iſrael. Cum aũt nolue/
rit accipere vxorem fratris ſui quę ei lege debetur. perget mulier ad portã
ciuitatis. ꝛ interpellabit maiores natu diceteqꝫ. Non vult frater viri mei
ſuſcitare ſemen fratris ſui in iſrael. nec me in coniugem ſumere. Statim
qꝫ accerſiri eum facient ꝛ interrogabũt. ſi reſponderit nolo eam accipere
vxorem. accedat mulier ad eum coram ſenioribus ꝛ tollet calciamentum
de pede eius ſpuetqꝫ in faciem illius ꝛ dicet. Sic fiet homĩ qui non ędifi/
cat domum fratris ſui et vocabitur nomen illius in iſrael domus diſcal
ciati. Reſpondit aũt ieſus ait illis. Erratis neſcientes ſcripturam neqꝫ vir/
tutem dei. In reſurrectione eñ neqꝫ nubent. Lyra. id eſt viri non accipi/
ant vxores neqꝫ nubentur id eſt mulieres non accipientur a viris ſed erũt
ſicut angeli dei. ſcꝫ incorruptibiles immortales. Gorra. in hoc ſęculo mo
rimur. ergo naſcimur ſꝫ
in futura vita nullus
moritur. nullus naſcit̃.
Ideo poſt reſurrectio/
nem generalem homi/
nes non nubẽt neqꝫ nu
bentur. Et audiẽtes tur
bę mirabantur in doc/
trina eius ſcilicet ꝙ ita
prudenter reſponderet.
Tunc ſtatim ſequitur e
uangelium hodiernum
(Pharizei autem audiẽ
tes ꝙ ieſus ſilentiũ im/
poſuiſſet ſaduceis) Ly
ra. Licet enim pharizei
contrarij eſſent ſaduce/
is in opinione ď animę
immortalitate ꝛ etiã de
mortuorum reſurrectio
ne. tamẽ conueniebant
cum eis in chriſti perſe/
cutione. Et ideo audientes ꝙ ſilentium impoſuiſſet eis (conuenerunt in v
num) Lyra. ad inuadendum chriſtum ꝛ venerunt ad ipſuꝫ in magna mul
titudine ad magis eum terrendum (et interrogauit eum vnus ex eis legiſ/
doctor) Lyra. ideo vnus vt ſi confuſus eſſet ſolus videretur confundi. Si
autem vinceret omnes viderentur per ipſum viciſſe ſcd̃m quod dicit Chri
ſoſtomus. (temptans eum) ſcilicet capere in ſermone (Magiſter quod eſt
mandatum magnum in lege?) Unde Chriſoſtomus. Magiſtrum vocat
cuius non vult eſſe diſcipulus (Ait illi ieſus. Diliges dominum deum tu/
um ex toto corde tuo) Iſidorus. Ex toto corde vt omnes cogitationes in
deum reflectas (ꝛ in tota anima) vt omnes affectiones in deum conuer/
tas (et in tota mente tua) vt omnes quinqꝫ ſenſus chriſto vacent. Unde

illi ieſus. Diliges dominum deum tu
um ex toto corde tuo ꝛ in tota anima
tua ꝛ in tota mẽte tua. Hoc eſt maxi/
mũ ꝛ ꝓmum mãdatũ. Secundũ aũt
ſimile eſt huic. Diliges proximum tu
um ſicut teipſum. In his duobus mã
datis vniuerſa lex pendet ꝛ prophetę.
Congregatis aũt pharizeis. interro/
gauit eos ieſus dicens. Quid vobis
videtur de chriſto cuius filius eſt? di/
cunt ei Dauid. ait illis. Quomodo er/
go dauid in ſpiritu vocat euꝫ dominũ
dicens. Dixit dominus domino meo
ſede a dextris meis. Donec ponaꝫ ini/
micos tuos ſcabellũ pedũ tuorũ? Si
ergo dauid vocat eũ dominũ. quomo

Bernardus. Toto corde id eſt ſapienter. tota anima. id eſt dulciter tota
mente. id eſt fortiter(hoc eſt maximum ⁊ p̃mum mandatum)ſcʒ in digni/
tate quia charitas maior eſt ⁊ dignior omnibus ꝟtutibus(ſcdm aũt ſimile
eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teip̃m) Lyra. id eſt eandem beati
tudinem ad quã diligis te(in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet ⁊
prophete) Lyra. Quia omnia p̃cepta ordinant ad dilectionem dei ⁊ pro
ximi quia tria p̃cepta p̃me tabule pertinent ad dilectionem dei. Et prece/
pta ſecũde tabule pertinent ad dilectionem proximi. Unde Chriſoſtomꝰ
Non poteſt hominem odire qui deum amat. nec poteſt deuʒ amare qui ho
minem odit. Magiſter in. ij. diſt. xxviij. Qui deum diligit non poteſt euʒ
contemnere quem deus p̃cepit diligi. ⁊ qui diligit proximum quid in eo di
ligit niſi deum igitur vera ⁊c̃. (Congregatis aũt pharizeis) Gorra. ſcʒ q̃
ad temptandum venerant(interrogauit eos ieſus dicens. quid vobis vi/
detur de chriſto)id eſt de meſſia in lege promiſſo(cuius filius eſt? dicunt ei
dauid)ſicut dr̃ in pſ̃. cxxxi. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuã
(Ait illis quomodo ergo dauid in ſpiritu)id eſt in ſpiritu ſancto inſpira/
tus(vocat eum dñm dicens)in pſ̃. cix. (Dixit dominus domino meo)id ẽ
filio ſuo(ſede a dextris meis)id eſt in equalitate mea ſcdm q̃ deus vl' in po

do filius eius ẽ? Et nemo poterat ei rñ
dere verbũ nec auſus fuit q̃ſquã ex illa
die eum amplius interrogare

tioribꝫ bonis pre omni
bus creaturis(donec po
nam inimicos tuos ſca
bellum pedum tuoꝛuʒ)
Lyra. iſtud cõplebitur
in iudicio quãdo oĩa
perfecte ſubijciũtur homĩ chriſto(ſi ergo dauid vocat eum dominum quo
modo filius eius eſt?) Gorra. eſt eñ chriſtus filius dauid ⁊ etiam dñs da/
uid Filius dauid fuit ꝫm carnem. ⁊ dñs dauid ſcdm deitatem Et ſic reſtat
q̃ chriſtus ẽ deus ⁊ homo(⁊ nemo poterat ei reſpondere verbum) Nõ im/
merito cũ ſeruo chriſti ſcʒ ſancto Stephano diſputantibus iudeis ⁊ pha
rizeis non poterant reſiſtere nec contradicere ſpiritui qui in eo loquebatur
Multo minus chriſto qui eſt fons ſapientie ⁊ gratie(nec auſus fuit quiſ
quã ex illa die eum amplius interrogare)ꝓpter timorem ſimilis cõfutatõ
nis. Uñ Hiere. Cõfutati ſermonibꝫ vltra nõ interrogant ex his oſtendit
q̃ nõ ex deſiderio diſcẽdi ſed ex malicia tẽptãdi eũ interrogabãt ¶ Circa
p̃ns euãgeliũ vbi dr̃. Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum. dicit Hugo de
prato. q̃ ordo charitatis eſt vt deus ſup omnia diligatur. Secũdo aĩa p/
pria. Tercio aĩa proximi ⁊ magis q̃ vita ꝓpria. Uñ hic q̃rit vtrũ mori
pro ſalute proximi ſit de neceſſitate ſalutis? Reſpõdet Hugo de prato q̃
mori pro p̃ximo eſt ꝑfecte charitatis q̃ nõ req̃ritur de neceſſitate ſalutis.
ſed ſolum eſt in viris ꝑfectis hoc multi doctores tenẽt. Uñ Hugo. Non
tenemur ita ꝑfectã habere charitatẽ ſicut chriſtus habuit nec conſilia que
chriſtus obſeruauit tenemur obſeruare. Sed hoc eſt maius ⁊ ꝑfectius q̃
vnus alteri poſſit facere ſcʒ mori p ipſo. Uñ Ioã. xv. Maiorẽ charitatẽ
nemo habet q̃ vt aĩam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Uñ Auguſti.
Perfecta aũt charitas eſt vt paratus ſit q̃s mori pro fratribꝫ ſuis.

¶ Poſtilla

ASCendens ieſus ⁊c̃. Mat. ix. Lu. v. Hoc ſignũ fecit dñs ieſus an

# Pagina

no eius. xxxi. xij. kal'. Septembris. feria. v. luna. xxiiij. indictione quarta
Ante initium illius euangelij ſcribit ſanctus Mattheus ꝙ chriſto veni
ente in regionem geraſenorum occurrit ei homo habens multos ſpiritus
immundos qui ſepius compedibus ꝛ cathenis vinctus dirupit cathenas
et compedes cōminuit ꝛ nemo potuit eum domare. Et ſemꝑ noctu ac die
in monumentis ꝛ montibus erat clamans ꝛ concidens ſe lapidibus. Vi/
dens autem ieſum a longe cucurrit ꝛ adorauit eum ꝛ interrogabat eum ie
ſus dicens. Quod tibi nomen eſt? Et dixit ei legio mihi nomen eſt qꝛ mul
ti ſumus. Erat ibi circa montē grex porcoꝝ magnus paſcens in agris ꝛ de
precabantur eū ſpiritus dicētes. Si eijcis nos hinc mitte nos in porcos
vt introeamus in eos. Et conceſſit eis ieſus ſtatim ꝛ exeuntes ſpūs immū
di introierūt in porcos ꝛ magno impetu grex precipitatus eſt in mare ad
duo milia porcorum ꝛ ſuffocati ſunt in mari. Paſtores aūt fugierunt et
nunciauerunt in ciuitatem ꝛ in agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet fa
cti. Et vident eum qui a demonio vexabatur ſedentem veſtitum ꝛ ſane mē
tis. Rogabant ieſum. vt tranſiret a finibus eoꝝ ꝛ (aſcendens ieſus in na/

## Dominica decimanona poſt octa/uas penthecoſtes. Euangelium ſcd̄m Mattheum. nono

In illo tempore. Aſcendens ie/ſus in nauiculā tranſfretauit et venit in ciuitatē ſuam. Et ecce offere bāt ei ꝑaliticū iacentē in lecto. Vidēs aūt ieſus fidem illorū dixit paralitico. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Et ecce q̄dam de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic blaſphemat ꝛ cū vidiſſet ieſus cogitatōes eorum dixit eis quid

niculā) Lyra. vt ꝑ naui
gium de terra geraſeno
rum rediret in galileam
vn̄ illuc venerat (trāſfre
tauit ꝛ venit in ciuitatē
ſuam) capharnaum que
fuit metropolis galilee
Et dꝛ ciuitas ſua qꝛ fre
quenter ibi habitabat.
Et in principio p̄dicatō
nis ſue multa miracula
ibi fecit. Sicut ꝛ beth/
leem fuit ſua qꝛ in ea na
ſci elegit. Et etiā naza/
reth ſua quia in ea nun
ciatus eſt ꝛ nutritus fu
it (ꝛ ecce offerebāt ei pa
raliticum) Modus autē offerendi deſcribitur Marci. ij. quia non poten
tes intrare ad chriſti p̄ſentiā ꝓpter turbā circūſtantē de tecto domus ſub/
miſerunt eū in lecto an̄ ieſum ꝛ hoc fuit magnū ſignū fidei ipoꝝ ꝓpter qḋ
ſeq̇tur (Vidēs aūt ieſus fidē illoꝝ) Ly. ſcꝫ ꝑalitici ꝛ offerentiū (dixit ꝑalí
tico. Cōfide fili) Ly. ad modū boni medici q̇ ꝑmo remouet cauſaꝫ morbi
et tūc poſtmodū intēdit curationi. Infirmitas aūt hec fuit inflicta ꝑali/
tico ꝓpter pctm̄. ꝛ iō chriſtus ꝑmo remouet cāꝫ dicēs (remittūtur tibi pec
cata tua) Ad maiorē p̄dictoꝝ intelligentiā ſciendū ꝙ infirmitas corꝑalis
infligiť alicui a deo multis de cauſis. Primo ꝓpter probatōem patientie
ſicut in Iob ꝛ Thobia excecato. Vn̄ Tho. ij. Hāc temptatōeꝫ iō ꝑmi
ſit deus euenire illi vt poſteris dareť exemplū patiēt. eius. Scd̄o ꝓpter hu
miliatōem alicuius ne in ſuꝑbiam eleueť ſic in Paulo apl'o. vt pꝫ. ij. Co
rin. xij. Ne magnitudo reuelationuꝫ extollat me datus eſt mihi ſtimulus
carnis mee angelus ſathane qui me colaphizet. Tercio ad gl'am dei ma

nifeſtandā ſicut de ceco nato dicit̃ Joan.ix. Neq̃ hic peccauit neq̃ paren tes eius ſcꝫ vt cecus naſceret̃ ſed vt manifeſtarent̃ opa dei in illo. Quarto infligit̃ ꝓpter pcti cōmiſſi purgatōem ſicut pꝫ in maria ſorore moyſi mur murāte ↄtra moyſen q̄ fuit fcā ꝓpter hoc ad tps leproſa ⁊ in paralitico iſto de quo fit mentio in euāgelio hodierno. Quinto ꝓpter punitōem pctōꝝ ſic ꝙ deus incipit pctōrem in hoc mūdo punire. vt in eternuꝫ puniat̃. ſicut patꝫ in Antiocho in veteri teſtamēto ⁊ etiā in herode in nouo teſtamēto quos ambos diuīa vltio tali morbo ꝑcuſſit vt putreſcerēt. ⁊ viſcera de ip ſis flueret̄ q̄ morte miſerabili mortui ſunt ⁊ in pn̄ti incepit eoꝝ infernus ⁊ durabit in ꝑpetuū. Hiere. xvij. Duplici cōtritōe cōtere eos dn̄e (Et ecce quidā de ſcribis) Gor. i. legiſpitis (dicebāt itra ſe) i. cogitabāt q̄ ỽbis hec exprimere nō audebāt ꝓpter ꝑplm (hic blaſphemat) .i. qđ dei ē ſibi vſurpat. Blaſphemare ē creature attribuere illud qđ eſt ꝓpriū dei. dimittere autē pctā ſoli deo cōuenit. Per hoc igit̃ ꝙ chriſto blaſphemiā imponebāt quia pctā dimittebat pꝫ q̄ negabāt chriſtū eē deū dicētes ipm eſſe puꝝ hoiem. (et cū vidiſſet ieſus cogitatōes eoꝝ) ſcꝫ iniq̄s q̄s habebāt cōtra eū impo nebāt ſibi blaſphemiā (dixit vt qđ cogitatis mala in cordibꝰ vr̄is) ⁊ in hoc oñdit chriſtus ſe eē deū. Vn̄ Chriſ. Solius dei ē cognoſcere cogitatōnes hoīm (qđ eſt facilius dicere dimittunt̃ tibi pctā tua) i. ſolo ỽbo efficere vt dimittūtur tibi pctā tua (an dicere ſurge ⁊ ambula) id ē in ỽbo efficere vt aliq̄s paraliticus ſurgat ſanus ⁊ ambulet (vt āt ſciatis) vos pharizei (q̄ filius hoīs) i. ỽgis (hꝫ ptātem dimittēdi pctā in terra) Ly. vt deus nō vt purus hō (tūc ait pa ralitico ſurge tolle lectuꝫ tuū ⁊ vade in domū tuā q̄ ſtatim ſurrexit) ad im periū ieſu chri (⁊ abijt ī domū ſuā) Ly. in ſignū perfecte curatōis (vidētes āt turbe) ſcꝫ miraculū fcm̄ in paralitico (timuerūt) Ly. imponere ſibi blaſphemiā (⁊ glificauerūt deū q̄ dedit ptātē talē) id ē chriſtū q̄ eſt ỽtus dei pr̄is (hoibꝰ) i. ſalutē hoīm

cogitatis mala in cordibus veſtris. Quid eſt facilius dicere dimittuntur tibi peccata tua an dicere ſurge ⁊ am bula. Vt autem ſciatis quoniā filius hominis habet ptātē in terra dimittē di pctā. Tūc ait paralitico. Surge tolle lectum tuum ⁊ vade in domū tuā. Et ſurrexit ⁊ abijt in domū ſuā. Vidētes

¶ Circa pn̄s euāgeliū vbi dicit̃ dimittūtur tibi pctā tua. Notandū ꝙ Hugo de prato dꝫ ꝙ deus mi ſericorditer recipit pctōres. de hoc habemus exemplū in multis. nā Petrꝰ cū iuramēto negauit chriſtū. ⁊ poſtea fleuit ⁊ chriſtus miſericorditer ſibi indulſit ⁊ in gradū priſtinū eū reſtituit. vt pꝫ Joā. xxi. Paſce oues meas Itē Maria magdalena cū multis fornicata eſt ⁊ poſtea acceſſit verecun da cū magna cōtritōe ⁊ fide ad chriſtū ⁊ ſanata eſt. vt pꝫ Lu. vij. Fides tua saluā te fecit. Itē Paulus aplˢ ꝑſecutus ē ecclˢiam dei ⁊ ſtephanū iu uit lapidare ⁊ poſtea dixit Dn̄e qđ me vis facere. Actu. ix. ⁊ poſtmodum factus eſt doctor gentiū ⁊ lumē eccle. Item latro in cruce antea multa la trocinia ⁊ ſcelera cōmiſit ⁊ poſtea dixit Memento mei dum veneris in re gnum tuum. Lu. xxiij. Et chriſtus plus ei dedit quā petiuit. Hodie inq̄t mecum eris in paradyſo. Chariſſimi imitemur iſtos ⁊ non ſimus ſicut

Judas q̃ de dei mĩa deſꝑauit ꝛ laq̃o ſe ſuſpẽdit. Mat. xxvij. In qua deũ grauius offendit q̃ꝫ ꝙ chriſtũ ꝑ .xxx. denarijs vẽdidit. Vñ de hoc dr̃ in decre. Judas magis peccauit deſꝑando q̃ꝫ chriſtũ tradẽdo. xxiij. q. iiij. Sed nõ licet Nõ etiã ſicut Cayn q̃ ait Maior ẽ iniq̃tas mea q̃ꝫ vt veniã merear. Gen̄. iiij. vñ Bern̄. Mentiris cayn Maior ẽ dei pietas q̃ꝫ q̃uis iniq̃tas. Sequit̃ in euãgelio. Quidã de ſcribis dixerũt itra ſe. hic blaſphemat Ubi notandũ ꝙ trib⁹ mõis blaſphemat̃ deus. Primo dum q̃d attribuit̃ deo vl̃ imputat̃ ei qđ ſibi nõ cõueit vt ꝙ ſit malus. iniuſtus maledictus ꝛc̃. Scđo cũ quis remouet a deo qđ ei cõuenit dicẽdo ꝙ nõ ſit oĩpotẽs miſericors ꝛ iuſtus. ꝛ cetera talia. Tercio cũ q̃s ſibiipſi attribuit qđ eſt ꝓprium dei ſcꝫ pctã dimittere ꝛ curare. Et iſto tercio modo dicebãt iſti ꝙ chriſtus blaſphemabat. q꜠ qđ erat ꝓpriũ dei ſcꝫ pctã dimittere. ſibi attribuebat dicens. Dimittunt̃ tibi peccata tua Hec ille ¶ Poſtilla.

Simile factũ eſt regnũ cœloꝝ ꝛc̃. Mat. xxij. Lu. xiiij. Hãc hiſtoriam dixit dñs anno eius. xxxiij. xi. kal. ap̃l. fer. iij. lu. xij. indictõe vi. Añ initiũ pñtis euã. ſcri. ſan. Mat. in p̃cedẽti ca. ꝙ chriſtus dixit p̃ncipib⁹ ſacerdotũ ꝛ ſeniorib⁹ iudeoꝝ. Quid vobis videt̃. Hõ q̃daꝫ habebat duos filios. ꝛ accedẽs ad p̃mũ dixit Fili vade hodie oꝑari in vineã meam Ille aũt r̃ñs ait. Nolo.

autem turbe timuerunt ꝛ glorificauerunt deum qui dedit poteſtatem taleꝫ hominibus.

¶ Dñica. xx. poſt octa. pẽthe. Euangeliũ ſcđm Mattheũ. xxij

In illo tempe. Loq̃bat̃ Jeſus cum diſcipulis ſuis in ꝑabolis dicens. Simile factum eſt regnum ce

Poſtea pœnitẽtia motus abijt. Accedẽs ãt ad alteꝝ dixit ſil̃r. ꝛ ille reſpõdẽs ait. Eo dñe ꝛ nõ iuit. q̃s ex duob⁹ fecit voluntatẽ p̃ris? Dicũt ei p̃mus. Dicit ill̃ iħs Amẽ dico vobis. q꜠ publicani et meretrices p̃cedent vos in regno dei Uenit eñ ad vos Joannes in via iuſticie ꝛ nõ credidiſtis ei. Publicani aũt ꝛ meretrices crediderunt ei. vos aũt vidẽtes nec p̃niam habuiſtis poſtea vt crederetis ei ꝛc̃. Tũc poſtmodũ ſeq̃tur euangelium hodiernũ (Siĺe factũ eſt regnũ cœloꝝ) i. id eſt ſtatus eccl̃e militãtis (hoĩ regi q̃ fecit nuptias filio ſuo) tũc eñ deus pater fecit nuptias filio ſuo qñ naturã humanã copulauit nature diuine in vno ſuppoſito. Que q̃dem nuptie celebrate ſunt in vtero v̾ginali. de quo chriſtus exijt tanq̃ꝫ ſpõſus procedẽs de thalamo ſuo (ꝛ miſit ſeruos ſuos) Glo. id eſt ꝓphetas p̃cedentes (vocare inuitatos) id ẽ iudeos (ad nuptias) id eſt ad fidem incarnationis chriſti promiſſam in patriarchis figuratiue in lege p̃dictã in ꝓphetis p̃nunciatã (ꝛ nolebant venire) i. ꝑa. credẽdo ſcripturis. q꜠ nolebãt v̾ba ꝓphaꝝ credere ꝛ obedire ill̃ (iteꝝ miſit alios ſeruos) i. ap̃los quos miſit in oẽm ciuitatẽ ꝛ locũ quo ipſe venturus erat. vt habet̃ Lu. x. (dicẽs. dicite inuitatis ecce prandiũ meũ paraui) i. videlꝫ ſacramẽta eccl̃e ꝛ doctrinã fideliũ ꝛ ſacre ſcp̃ture. ex q̃b⁹ reficit̃ aĩa ꝛ potiſſime in ſacro eucharíſtie in q̃ dat̃ nob̃ caro chriſti in cibuꝫ ꝛ ſanguis eius in potũ (thauri mei) Glo. i. p̃rẽs veteris teſtamẽti (ꝛ altilia mea) i. p̃rẽs noui teſtamẽti pinguedie charitatis ſaginati (occiſa ſunt. ꝛ oĩa parata) ſcꝫ

quicq̃d req̃rit ad salutē hoīm. locus cib⁹ ꝛ veſtes (veſte ad nuptias) credē-
do diligēdo opando (Illi āt neglexerūt) q꞉ nō timuerunt dn̄m. q̄ em̄ timet
deū nihil negligit. Vn̄ hic q̄rit. vtrū negligētia ſit pct̄m mortale? Rn̄deo
ſm Tho. q̄ negligētia ſi ꝑuenit ex quadā remiſſione volūtatis. vt nō ꝑ-
ficiātur ea que debent. Si obmittant ea que ſunt de neceſſitate ſalutis
ſiue ſit actus ſiue ſit circūſtātia erit pct̄m mortale. Vl'ſi volūtas ſit intm̄
remiſſa. vt totaliter a dei charitate deficiat talis etiā negligētia eſt pct̄m
mortale. ꝛ hoc p̄cipue qn̄ ſeq̃tur ex cōtēptu. obmiſſio ṽo circa ea q̄ nō ſunt
de nccitate ſalutis ob defectū feruoris nō eſt mortale. ſed veniale pct̄m (et
abierūt alius in villā ſuā) i. ad laborē ꝛ occupatōem corꝑalē circa terrena
rū rerꝫ acq̃ſitōem (alius ṽo ad negociatōem ſuā) ꝑ negociatōem intelligit
nimia occupatio mētalis circa tꝑalia impediēs diuia (reliq̄ ṽo tenuerunt
ſeruos eius ꝛ cōtumelia affectos occiderūt) ſcꝫ poſt aſcēſionē chriſti iudei

lorum homini regi qui fecit nuptias
filio ſuo. ꝛ miſit ſeruos ſuos vocare in
uitatos ad nuptias: ꝛ nolebant veni-
re. Iterum miſit alios ſeruos dicens.
Dicite inuitatis Ecce prandium me
um paraui Thauri mei ꝛ altilia mea
occiſa ſunt et omnia parata. venite ad
nuptias. Illi autem neglexerunt ꝛ ab
ierunt. alius in villam ſuam. alius ve
ro ad negociatōez ſuā. Reliq̄ ṽo tenue

flagellauerūt apl'os ſō-
nes ſimul. ꝛ poſtmodū
ſtephanuꝫ lapidauerūt
Actuum ſeptimo. ꝛ Ia
cobum fratrem Ioan-
nis occiderūt Actuum
xij (Rex aūt cū audiſſꝫ
iratus ē. ꝛ iuſſit exerciti
bus ſuis) Ly. ſcꝫ exerci
tu romanorꝫ ſub p̄ncipi
bus Tyto ꝛ Veſpaſia
no q̄ ex diuia ordinatō
ne venerūt cōtra hierl'ꝫ
xlij. āno poſt paſſionem
chriſti (ꝑdidit homici-
das illos) q꞉ ī vltionē ſanguinis chriſti ꝛ ſuorū diſcipulorꝫ ab exercitu ro
manorꝫ ſunt trucidati ꝛ captiuati de iudeis vſq꜄ ad decies centum millia.
vt dicit Ioſephus in li. de iudaico bello (ꝛ ciuitatē illorꝫ ſuccēdit) q꞉ tūc hie
ruſalē ſuccēſa eſt ꝛ templū in ea (tūc ait rex ſeruis ſuis) ꝛ ſequacib⁹ eorū ꝑ
diuinā reuelatōem (nuptie q̄dem parate ſunt) i. ſacramētū incarnatōis ꝑatū
eſt. vt natiuitas. p̄dicatio. paſſio chriſti ꝛ introitus regni aꝑtus eſt ꝑ paſ-
ſionē chriſti q̄ an̄ clauſus fuit (ſed q̄ inuitati fuerāt) ſcꝫ iudei (nō fuerūt di
gni) Ly. ꝓpter ſuā incredulitatē (ite ergo ad exitus viarꝫ) i. ad gētes q̄ non
erāt in via mādatorꝫ dei. ꝛ ſine lege viuētis ꝛ legē ignorātes. Ad illas em̄
gentes iuerūt apl'i iudeis nolētib⁹ fidē chriſtianā recipe. vt habet Actuū
xiij. dicētib⁹ Paulo ꝛ Barnaba ad iudeos. vobis oportebat p̄mū loq̄ ṽ-
bum dei ſed qm̄ repellitis illud ꝛ indignos vos iudicatis eterne vite. ecce
cōuertimur ad gētes. ſic em̄ p̄cepit nobis deus (ꝛ quoſcūq꜄ inueneritis vo
cate ad nuptias) q꞉ nullus volēs fidē catholicā recipe repellēdus ē (ꝛ egreſ
ſi ſerui eius) ſcꝫ de iudea (in vias) i. in terras gētiliū (cōgregauerūt oēs q̄ſcū
q꜄ inuenerūt bonos ꝛ malos) Ly. q꞉ in eccl'a militāte admixti ſunt boni
cū malis (ꝛ implete ſunt nuptie diſcūbētiū) Ly. q꞉ fides catholica diffuſa
eſt ꝑ orbē vniuerſum (intrauit āt rex vt videret diſcūbētes) Ly. intrat aūt
chriſtus dupl'r. Prio ſpeal'r in morte cuiuſlibet hoīs. Scdo gn̄al'r intra-

bit in iudicio futuro diſcernendo merita ⁊ demerita cuiuſlibet hom̃is (et
vidit ibi hoiem nõ veſtitum veſte nuptiali) id eſt habentẽ fidẽ ſine charita
te. nam veſtis nuptialis ẽ charitas q̃ diuidit inter filios regni ⁊ perditõis.
Ut dicit Auguſtinus (Et ait illi amice) Ly. vocatur aũt peccator ami/
cus propter naturam quã deus creauit quę bona eſt ⁊ quę ad imaginẽ dei
facta eſt (quomodo huc intraſti:) ideſt ſacramenta eccleſię ſuſcipiendo. fi/
dem eccleſię confitendo (non habens veſtem nuptialem) ſcʒ in charitate ꝑ
bona opera. vnde Hieronymus. Ueſtis nuptialis ſunt decem pręcepta q̃
includuntur in charitate dei ⁊ proximi (at ille obmutuit) Ly. quia in ex/
tremo iudicio ꝓpria arguente conſcientia homo peccator conuincitur et
mutus efficitur (Tunc dixit rex miniſtris) Lyra. id eſt angelis executori
bus diuinę iuſticię (ligatis manibus ⁊ pedibus) Ly. quia poſt mortem nõ
poteſt peccator bonum
operari. nec ad ſalutem
reuerti (mittite eũ in te/
nebras exteriores) Pec
cator in hac vita eſt in
tenebris interioribꝫ q̃a
adhuc eſt in ſpe venię.
In inferno autem erit
in tenebris exterioribꝫ.
qꝛ erit extra ambitum
diuinę miſericordię. ⁊ ſi
ne omni ſpe ęternę glię.
Uñ Beda. In inferno
nulla eſt redemptio. nec
dolorũ mitigatio (ibi e/
rit fletus) Hor. ex vehe
mentia ardoris (⁊ ſtri/
dor dentiuʒ) ex vehemẽ
tia frigoris. vñ Job. xx
iiij. Trãſibunt ab aq̃s
niuiũ in calorẽ nimium
(Multi em̃ ſunt voca
ti) Ly. ad fidem catholicam (pauci vero electi) ad gloriam ¶ Circa p̃ſens
euãgeliũ vbi dr̃. Simile eſt regnũ cœlorum. Hugo de prato dicit. id eſt ec
cleſia p̃ſens. qꝛ ſicut deus habitat in cœlis ꝑ glãm. ita habitat in p̃ſenti ec
cleſia in ſacramẽto euchariſtię. vt pʒ Mat. xxviij. Ecce ego vobiſcũ ſum
omibꝫ diebꝫ vſq; ad cõſummationem ſęculi. Itẽ ſicut in cœlo ſunt quędaʒ
corꝑa magis ⁊ minus clara. ⁊ vnũ illuminat aliud. Et ſic q̃dam ſunt illu/
minãtes. ⁊ q̃dam illumiati. ⁊ q̃dam magis lucẽt. ⁊ q̃dam minus. vt patet
Danie. xij. Qui aũt docti fuerint fulgebũt quaſi ſplẽdor firmamẽti Ecce
minus lucẽtes. ⁊ q̃ ad iuſticiã erudiũt multos q̃ſi ſtellę in ꝑpetuas ęternita
tes. ecce magis lucẽtes. Sequit᷑ (Homĩ regi) chriſtus em̃ eſt verus rex et
potens rex in omibus. ⁊ oẽs reges excedit. qꝛ regnat in cœlo. in mũdo. ⁊ in
inferno. Ad philip. ij. Donauit illi nomẽ qd̃ eſt ſuꝑ oĩe nomẽ. vt In no/
mini ieſu oĩe genu flectat᷑ cœleſtiũ terreſtriũ ⁊ infernoꝝ. In cœlo em̃ re/

rũt ſeruos eius. ⁊ cõtumelia affectos
occiderũt. Rex aũt cũ audiſſet iratus
eſt ⁊ miſſis exercitibꝫ ſuis perdidit ho
micidas illos. ⁊ ciuitatẽ illoruʒ ſuccẽ
dit. Tũc ait ſeruis ſuis. Nuptię qui/
dem paratę ſunt. ſed qui inuitati erãt nõ
fuerunt digni. Ite ergo ad exitus via/
rum. ⁊ quoſcunq; inueneritis vocate
ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vi
as cõgregauerũt oẽs quos inuenerũt
bonos ⁊ malos. et implete ſunt nuptię
diſcumbentium. Intrauit autem rex
vt videret diſcumbentes. ⁊ vidit ibi
hominem non veſtitum veſte nuptia/
li. ⁊ ait illi. Amici quõ huc intraſti nõ
hñs veſtẽ nuptialẽ: At ille obmutuit.

gnat per totalem ⁊ vniuerſalem beatorum ſubiectionem. q2 ei omnes ſci et angeli ad nutum obediunt. ⁊ ei in omnibus ſubijciuntur. quod etiā q̄ti-die petimus in nobis fieri dicētes Fiat voluntas tua ſicut in cœlo et in terra. vt pꝫ Mat. vi. Regnat eñ in cœlo per ſuę glorię oſtenſionē ⁊ beatam viſionem. quia ibi eius maieſtas ⁊ gloria demōſtratur. vñ in pſ̄. Oſtē de nobis domine faciem tuam ⁊ ſalui erimus. Fulgentius. Dei faciem ſi omnes in carcere inferni incluſi viderent. nullam pœnam nullum dolorē nullamq; triſticiam ſentirent. Itē rex noſter ieſus chriſtus regnat in mūdo per patientiam ⁊ miſericordiam Nam in magna patientia ⁊ miſericordia regnat ſuper peccatores. Patienter eñ expectat eos vt conuertantur et miſericorditer recipit eos ſi conuertātur. ut pꝫ Eſa. xxxviij. Propterea expectat dñs vt miſereaṫ noſtri. Unde etiam Hiere. iij. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere ad me ⁊ ego ſuſcipiā te Sed multi miſeri peccatores pœnitentiam ⁊ miſericordiā eius cōtemnūt et eo ipſo magis peccant. Vñ Ecci. viij. Quia non cito proferṫ cōtra malos ſentētia. filij hoīm abſq; vllo timore ꝑpetrant mala. Itē ſup iuſtos regnat in magnificis gratijs ſpūal'r habitans in eis. ⁊ ipſos dirigens ⁊ protegēs et gubernās Ipſi eñ ſunt tēplum dei ſpirituale. et ſpūſſanctus habitat in eis. vt diciṫ ꝑ. Cor. iij. Templum dei ſctm̄ eſt qđ eſtis vos. Ipſi etiā ſunt regnū dei q̄ pro honore dei ⁊ ꝓpria ſalute quottidie certant cōtra diabolū mundū. ⁊ ꝓpriam carnē. Et de illis hoſtib9 triūphat. Vñ Mat. xi. Regnū cœloꝝ vim patiṫ ⁊ violēti. id eſt cū violētia ꝑliātes rapiūt illud Itē in inferno regnat per iuſticię executōem. q2 effectū iuſticię ſcꝫ punitōem ⁊ vindictam in damnatos. ibi exercet. vt pꝫ Deutero. xxxij. Reddā vltionem hoſtib9. Vñ ex hoc ſeq̄tur ꝙ in inferno cognoſcēt impij chriſtū eē regē omnipotentē q̄ in hoc mūdo noluerūt eū cognoſcere regē miſcdię. Seq̄tur hic (ligatis manibus ⁊ pedib9) Ubi notandū ꝙ pctōꝛ ſtrictius ligaṫ q̄ꝫ aīalia liganṫ. Nam ligaṫ memoria. ne recolat bñficia dei. ligaṫ voluntas ne deſideret ꝟba bona. ligaṫ coꝛ. ne pœnas inferni ⁊ morteꝫ cogitet ⁊ mala q̄ incurrit in ſtatu peccati manēs. Et ſil'e eſt de oib9 potētijs aīę interius ⁊ exterius q̄ omēs fortiter alligātur. ⁊ ſicut pctōꝛ fuit ligatus in culpa. ſic digne erit ligatus in pœna ⁊c.

Tūc dixit rex miniſtris ligatis manibus ⁊ pedib9 ei9 mittite eū in tenebras exteriores. ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ dentium. Multi enim ſunt vocati. pauci vero electi.

¶ Dñica. xxi. poſt octa. penthe. Euangelium. ſcđm Joannē. iiij

IN illo tpe. Erat q̄daꝫ regulus cuius filius īfirmabaṫ capharnaum. Hic cum audiſſet q2 ieſus adueniret a iudea in galileā: abijt ad eū ⁊ rogabat eū vt deſcēderet ⁊ ſanarꝫ filiū

¶ Poſtilla.

ERat q̄dā regulus ⁊c. Joā. iiij. Mat. viij. Lu. vij. Miraculū hoc fecit chriſtus āno eius. xxxiij. vi. kal. nouēbris. fer. ij. lu. xix. indic. v. Añ inſtiū illius euā. ſcri ſan. Joā. in eodē ca. quō chriſtus ſedēs loq̄batur mu.

lieri. Poſtmodū exierūt ſamaritani de ciuitate ⁊ rogauerūt eū vt ibi maneret. ⁊ mãſit ibi per duos dies. ⁊ multi ex ſamaritanoꝝ ciuitate crediderūt in eum dicētes. Quia hic eſt ꝟe ſaluator mūdi. Et poſt duos dies exijt inde ⁊ abijt in galileā. Ipe em̄ ieſus teſtimoniuȝ ꝑhibuit q2 ꝓpha in ſua patria honorē nō haberet. Cū ergo veniſſet in galileā exceperūt eū Galilei cū oīa vidiſſent q̄ fecerat hieroſolymis in die feſto. venit ergo Jeſus iterū in chana galileę vbi fecit ex aqua vinū (Erat q̇dam regulus) Ly. non accipit̃ hic regulus pro ꝑuo rege vt videt̃ nomē ſonare q2 rhomani volentes frãgere iudęorū ſuꝑbiam abſtulerūt ab eis regiam dignitatē regnum iudeę in quattuor tetrarchias diuidentes ꝓcauere volentes eoruȝ rebellionem. Unde pro illo tp̃e nullus rex erat in iudęa. Dicit̃ ergo iſte regulus quia erat officialis imꝑatoris deputatus ad cuſtodiā galileę. ꝓpter qđ manebat in Capharnaum q̄ erat metropolis illius terrę. ⁊ diſtat tribus dietis a hieruſalem. Notandū ꝙ ſicut dicit Tho. iſte regulus interfuit miraculo facto in nuptijs quando chriſtus aquam in vinū mutauit quia tunc credidit ſed tamen chriſti diuinitatē nō perfecte agnouit. Et ad hoc innuendum euangeliſta illō miraculum rememorat dicens. Uenit iteruȝ ieſus in chana galileę vbi vinū ex aqua fecit (⁊ erat quidam regulus cuius filius infirmabatur capharnaum) Ly. ⁊ licet eſſet gentilis viſis ⁊ auditis miraculis chriſti ſperauit ab eo ſanitatem impetrare filio ſuo Ideo ſequitur (hic cum audiſſet) per famaȝ quę pręcurrebat aduentum eius in omnem regionē galileę (quia ieſus veniret a iudęa in galileā. abijt ad eum ⁊ rogabat eum) inſtanter ⁊ humiliter flexis genub9 ⁊ cõploſis manib9. profuſis lachrymis (vt deſcenderet) q2 capharnaum erat in valle ſita reſpectu chana galileę in qua erat chriſtus (⁊ ſanaret filiuȝ eius incipiebat em̄ mori) id eſt ſigna vicinę mortis in eo apparebant euidēter (Dixit ergo ieſus ad eū. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis) nō em̄ repꝛehendit eum de petitione ſalutis filij ſui ſed de defectu fidei ſuę q2 nō credidit plene ſed ſemiplene. Credidit em̄ in chriſto eſſe virtutem. ſcȝ ad ſanandum filiū ſed nō credidit in eo eſſe diuinitatem per quā eſt vbiq3. ⁊ vbiq3 poteſt ſanare. Unde fides fuit quãdo petijt ſaluteȝ ſed defectus fidei quãdo requirebat p̄ſentiam chriſti corporalem. Ex quo patet ꝙ nō credidit chriſtū eſſe verum deum. q2 ſi credidiſſet ꝙ deus vbiq3 pręſens eſſet per p̄ſentiam maieſtatis ſuę nō dixiſſet deſcende. ſed dixiſſȝ cum Centurione. Dic verbo ⁊ ſanabitur puer meus (Dixit autē ad eum regulus Domine deſcēde p̄uſquãmoriatur filius meus) Tho. manifeſtat

eius incipiebat em̄ mori Dixit ergo ieſus ad eum. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō creditis. Dixit ad eum regulus Dñe deſcēde: priuſquã moriat̃ filius meus. dicit ei ieſus Uade filius tuus viuit Credidit hō ſermoni queȝ dixit ei ieſus. ⁊ ibat Jã aūt eo deſcendēte ſerui occurrerūt ei. ⁊ nūciauerūt dicētes. q2 filius eius viueret. Interrogabat aūt horã ab eis in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. q2 heri hora ſeptima reliq̇t euȝ febris. Cognouit er-

ſgitur hic regulus incredulitatẽ ſuã. Rogat eñi vt deſcẽdat priuſquã fili
us eius moriatur q̃ſi chriſtus poſſʒ ſanare infirmũ. ſed nõ ſuſcitare defun
ctum. Ly. verũtamẽ qꝛ ex deuotõe repetit petitionẽ ſuã dicẽs. Dñe deſcen
de. ideo exaudit a chriſto. Vñ ſeq̃tur (Dicit ei ieſus. Vade) Tho. letus
in domũ tuã (qꝛ filius tuus viuit) Ly. id eſt ꝑfecte ſanitati reſtitutus ẽ de
ſanuis mortis qꝛ incipiebat mori. vñ Chriſ. Chriſtus ad domũ reguli ire
noluit. ſed abſens ſanauit filiũ eius. vt ꝑ hoc magis declararet diuinita-
tem ſuã. ⁊ ſic regulũ illumiaret ad verã fidẽ (credidit hõ ſermoni quẽ dixit
ei ieſus ⁊ ibat) Ly. qꝛ fides req̃ritur ad obtinendũ dei bñficia (iam aũt eo
deſcẽdente. ſerui occurrerũt ei ⁊ nũciauerũt dicentes. qꝛ filius eius viuerʒ)

go pater quia illa hora erat in qua di-
xit ei ieſus. filius tuus viuit. Et credi
dit ipſe ⁊ domus eius tota.

¶ Dominica viceſima ſcda poſt octa-
uas penthecoſtes Euangelium ſcdm
Mattheum. xviij.

In illo tempore. Dixit ieſus di
ſcipulis ſuis. Simile eſt regnũ
celoꝝ homĩ regi: qui voluit rationem
ponere cũ ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet
rationem ponere. oblatus eſt ei vnus
qui debebat ei decem millia talenta.
Cum aũt non haberet vnde redderet.
iuſſit eum dominus eius venundari
et vxorem eius ⁊ filios. ⁊ oĩa que ha
bebat. ⁊ reddi. Procidens aũt ſeruus
ille rogabat eum dicens. Patientiam
habe in me ⁊ omnia reddã tibi Miſer

ſcʒ congaudendo ipi (in
terrogauit autẽ horam
ab eis in qua melius ha
buerat) hoc fecit ad cer-
tificatõem miraculi re-
ſpectu ſui. Et etiam vt
ſerui ⁊ aſtantes agnoſce
rent ꝟtutem chriſti (Et
dixerunt ei qꝛ heri hora
ſeptima reliquit eum fe
bris) Vñ Chriſ. Repẽ
te dimiſit eũ febris tota
liter. vt appareret nõ ẽẽ
naturalis cõualeſcẽtia.
Ex hoc etiã famulos ip
ſius reguli ſuſcitauit ad
fidem. qꝛ ſubito viderũt
eum ꝯualuiſſe quod na
tura facere non poteſt.
(Cognouit ergo patꝰ qꝛ
illa hora erat in q̃ dixit
ei Jeſus Filius tuus vi
uit) Referẽs ꝟbum ſuũ
ad ꝟbum chriſti. ⁊ horã
imꝑantis ad horam re

cepte ſanitatis (⁊ credidit ipſe ⁊ domus eius tota) Ly. ad hoc eñi factũ eſt
illud miraculũ. vt iſte regulus gentilis cuʒ familia ſua crederet in chriſtũ
Tho. Chriſtus non ſolum ſanauit filium reguli ab infirmitate. ſed ipſuʒ
regulum ⁊ totam eius familiam ab infidelitate. quia credidit ipſe ⁊ do-
mus eius tota.

¶ Poſtilla.

Simile eſt regnum cœlorum ⁊c. Matthei. xviij. Hiſtoria huius
euangelij facta eſt anno chriſti. xxxij. vi. kal. Septembris. lu. xij.
feria. v. indictione. v. Ante initium illius euangelij dixit Petrus ad ieſuʒ
Domine quotiens peccabit in me frater meus. ⁊ dimittam ei vſq3 ſepti-
es? Dixit illi Jeſus Non dico tibi vſq3 ſepties. ſed vſq3 ſeptuagies ſepties
ideo (aſſimilatum eſt regnum cœlorum) Lyra. id eſt ſtatus eccleſie militã
tis (homini regi) id eſt chriſto qui eſt verus homo ⁊ verus deus rex regum

et dñs dñan tiū(ꝙ voluit rōem ponere cū ſeruis ſuis)id ē rōnem exigere de factis hūanis(⁊ cū cœpiſſet rōem ponere oblatus ē ei vnus qui debebat ei decē millia talēta) Lyra.i.obligatus ad magnā pœnam ꝓpter multa pctā (cū aūt nō haberet vn̄ redderet) Gor.i.cū virib⁹ ſuis ſatiſfacere nō valeret hō em̄ ꝑ ſe pt̄ ruere.ſed nō ꝑ ſe reſurgere(iuſſit eū dñs venūdari) q̄tum ad aiām(⁊ vxorē) q̄tū ad corpus(⁊ filios) q̄tū ad opa(⁊ oīa q̄ habebat) q̄tū ad tpalia(⁊ reddi) Nā iſta oīa venūdant̄.i.ꝑ pctm̄ mortale auferūtur(pro cidēs aūt ſeruus ille rogabat eū dicēs.patiētiā habe in me)dādo locum ⁊ tps pnīe(⁊ oīa reddā tibi)ꝑ opa pœnitētie ſatiſfaciēdo iuxta poſſe( miſert⁹ aūt dñs ſerui illius)qꝛ miſericors ⁊ miſerator dñs(dimiſit illū) Gor.liberū a captiuitate culpe(⁊ debitū dimiſit ei) Vn̄ Chriſ. Vide miām dei pe tierat dilatōem ⁊ accipit oīm pctōꝝ remiſſionē(egreſſus aūt ſeruus ille)ſcꝫ a facie dñi ſui ꝑ recidiuū pcti(inuenit vnū de cōſeruis ſuis) Ly.id ē de hominibus q̄ ſunt ſerui dei cū ipſo(q̄ debebat ei cētuꝫ denarios)id eſt modicū eū offendebat.qꝛ offenſa in hoiem modica eſt reſpcū offenſe cōmiſſe in deū

tus aūt dñs ſerui illius dimiſit eum: et debitum dimiſit ei Egreſſus aūt ſeruus ille.inuenit vnū de cōſeruis ſuis. qui debebat ei centū denarios ⁊ tenēs ſuffocabat eū dicēs. Redde qđ debes et ꝓcidēs cōſeruus eius rogabat illū

(Et tenens ſuffocabat eū. Ly.id eſt ſtrangulabat(dicens. Redde qđ debes) Ly. In quo oſtēditur auſteritas in repetendo vindictā a ꝓximo (⁊ procidens conſeruus eius) Gor. ideo debuit miſereri qꝛ procidit.et qꝛ ſeruus eiuſdē dei fuit (rogauit eū dicens. Patientiā habe in me ⁊ oīa reddā tibi) Ly.q̄ſi dicerꝫ Paratus ſuꝫ ſcḋm poſſibilitatē meā ſatiſfacere tibi(ille aūt noluit ſꝫ abijt et miſit eū in carcerē donec redderet vniuerſum debitum) Ly.in quo notatur crudelitas in modo repetēdi vindictam(videntes autem conſerui eius) Glo interli.id eſt angeli q̄ referūt ad deū geſta hoim.vt pꝫ Apocal. xxii. cōſeruus tuus ⁊ fratrū tuoꝝ(que fiebāt)oia ei opa q̄ agimus ⁊ ſupplicia q̄ patimur vident(contriſtati ſunt valde) Glo.ꝓpter afflictionem chriſtiani Notandum ꝙ angeli cōtriſtant̄ ad culpā.⁊ letantur ad pœnitentiam. Ut patet Luce.xv. Gaudium eſt angelis dei ſuꝑ vno pctōre pœnitentiam ag̃ē (et venerunt ⁊ narrauerunt domino oīa q̄ facta fuerāt)ſcꝫ querimoniam de ꝑſecutorib⁹ ꝓponendam(tunc vocauit eum dñs ſuus) Ly.iſta vocatio fit in morte.vbi de oībus reddemus rationem ſtricte(⁊ ait ſerue neq̄ oē debitum dimiſi tibi) Lyra.id eſt magnam offenſam in me cōmiſſam(qm̄ rogaſti me. Nonne ergo oportuit ⁊ te miſereri conſerui tui?)paruꝰ remittendo(ſicut ⁊ ego tui miſertus ſum. Et iratus dominus eius tradidit eū tortorib⁹) Ly.i.demonib⁹ q̄ in hoc executores ſunt diuine iuſticie(donec redderet vniuerſum debitum) Gor.id eſt in ꝑpetuū.qꝛ ibi nō eſt locus redemptōis vel ſatiſfactōis.ſed condēnationis(ſic ⁊ pater meus cœleſtis faciet vobis ſi nō dimiſeritis vnuſquiſq; fratri ſuo) Vn̄ Hiero. Formidoloſa ſnīa ſi parua fratri non dimittimus magna nobis a deo nō dimittūtur. Vn̄ Grego. Cōſtat ex iam dictis ꝙ ſi hoc qđ in nos delinq̄tur ex corde nō dimittimus illud a nobis ꝑ pœnitentiam dimiſſum fuiſſe nō gau/

dēamus (ex cordibꝫ veſtris) qꝛ non ſufficit ore dimittere ſolū ſed ex corde
Vñ Hay. ſup Mattheū. Nihil prodeſt ore dimittere qui ſeruat iracun/
diam in mēte ¶ Vñ circa pñs euangeliū vbi dicit Miſertus aūt dñs ſer
ui illius dimiſit eum ꝛ debitum dimiſit ei. Queritur vtrū deus ſit magis
miſericors ꝙ̄ iuſtus vel ecōuerſo? Reſpōdet ꝙ deus ſicut eſt miſericors ſic
et iuſtus. ꝛ ecōuerſo. Tamē miſcdię effectus plus in nobis relucet ꝙ̄ iuſti
cię. ꝛ ideo qꝛ deus parcit in ſe peccantibꝫ. ꝛ miſcdia eius a progenie in pro
genies. ꝛ quia effectus miſericordię in nobis magis relucet ꝙ̄ iuſticię. idō
deus dr̄ nobis magis miſericors ꝙ̄ iuſtus ꝛc̄. Nec mirū ſi deus modo ſit
miſericors. Habet em̄ triplex forum. Vnū eſt in pñſenti vita totius miſe
ricordię. qꝛ modo miſcdia audit cauſas ꝛ iuſticia facit ferias. vñ Eſa. xvi.
Preparabitur in miſcdia ſoliū eius. Idō oīs cauſas iuſticia mittit ad thro
num grē. Vñ ad Hebre. iiij. Adeamus cum fiducia ad thronum gratię
eis vt miſericordiam conſequamur. Aliud forum erit in iudicio extremo

dicens. Patientiam habe in me ꝛ om
nia reddam tibi. Ille autem noluit ſed
abijt et miſit eum in carcerem donec
redderet vniuerſuz debitum. Viden/
tes autem conſerui eius quę fiebant
contriſtati ſunt valde. et venerunt et
narrauerunt domino ſuo omnia quę
facta fuerant. Tunc vocauit illum do
minus ſuus et ait illi. Serue nequaz
omne debitum dimiſi tibi quoniam

quod erit purę iuſticię.
vbi iuſticia audit cau/
ſas. ꝛ miſericordia facit
ferias. Et idō miſericor/
dia omnes cauſas dein/
ceps remittit ad ſolium
iuſticię. Vnde Eſa. ix.
Sup ſoliuz dauid. ꝛ ſu
per regnuz eius ſedebit
et confirmet illud ꝛ cor
roboret in iudicio. ꝛ iu/
ſticia amodo ꝛ vſqꝫ in
ſempiternum. Terciuz
forum erit in purgato/
rio qd̄ eſt forum mixtū. qꝛ
ibi erit iuſticia quę pœnam infliget. ꝛ miſericordiam ꝛ gloriam dabit. vñ
Pš lxxxviij. Miſericordia ꝛ veritas pręcedent faciem tuam. ꝛ ibi exñs
dicere poteſt illud. Pš. c. Miſericordiam ꝛ iudicium cantabo tibi domi
ne. ꝛ duo hęc audiui. qꝛ poteſtas dei eſt ꝛ tibi dñe miſcdia. qꝛ tu reddis v/
nicuiqꝫ iuxta opera ſua ꝛc̄. Seqtur Donec redderet vniuerſum debitum
Vnde notandū ꝙ dupl'r dicuntur peccata redire. Primo ꝙ nō redeāt quā
tum ad maculam vel reatum. ſed ꝙ̄tum ad ingratitudinem qui em̄ poſt
acceptam remiſſionem ad peccatum vadit grauius delinquit. quia ingra/
tus de tanto beneficio exiſtit. Et ita ingratitudo peccatum recidiuantis
aggrauat ꝙ pœnam peccatorum p̄teritorum videtur ſecum reducere Vn
de dicitur in decretis. Iteratio culpę inducit aggrauationem pœnę ij. q̄/
ſtione. viij. Hi qui Secundo dicuntur redire quātum ad pœnam ſubſtan
tialem ſicut em̄ in cœlo eſt vnus denarius. id eſt vna beatitudo ſubſtan/
tialis. licet vnus magis alteri participat. Vnde de hoc dicit Apoſtolus.
Sicut ſtella differt a ſtella in claritate. ꝛc̄. Vnde etiam magiſter ſenten/
tiarum li. iiij. diſt. xlix. dicit electus ab electo dr̄t in claritate mētis ꝛ cor
poris. Vnde etiam Ioannis. xiiij. In domo patris mei manſiones mul
tę ſunt ꝛ cętera. Sic in inferno eſt vna pœna ſubſtantialis per modum

damni ſcilicet carentia viſionis diuinę. Alia per modum ſenſus. ſcilicet vermis ꝛ ignis. Et vtraqꝫ pœna debetur pro quolibet peccato mortali ſci licet ſcđm plus vel minus. dicuntur ergo peccata redire. quia recidiuãti ea dem pœna debetur in genere quę prius licet ſit maior. ſicut dicit beatus Jacobus. ij. capitulo. qui in vno offendit factus eſt omnium reus.

¶ Poſtilla.

Abeuntes phariſei ꝛc̄. Matthei. xxij. Mar. xij. Lu. xx. Hanc hi ſtoriam dixit dominus Anno eius. xxxiij. xi. kal'. Aprilis. feria. iij luna. xij. indictione. vi. Ante initium illius euãgelij ſcribit ſanctus Mat theus in precedenti capitulo. ꝙ chriſtus loquebatur principibus iudeoꝝ et pharizeis parabolaꝫ iſtam dicẽs. Homo pa terfamilias plãtauit vi neam ꝛ locauit eam a gricolis. Cum autẽ tem pus fructuum appropi quaſſet miſit ſeruos ſu os ad agricolas vt acci perent fructus eius. Et agricolę apprehẽſis ſer uis eius aliuꝫ ceciderũt alium occiderunt. aliuꝫ vero lapidauerũt. Nouiſ ſime miſit ad eos filiuꝫ ſuum dicens. Verebun tur forſitan filium me um. Agricolę vero vidẽ tes apprehenſum eiece runt eum extra vineam et occiderunt. Et cuꝫ au diſſent principes ſacer dotum parabolam iſtã cognouerunt quia de ip ſis diceret. Et quęrẽtes eum tenere timuerunt turbas. quia ſicut pro phetam eum habebant et relicto eo (Abeuntes pharizei) Unde Chriſoſtomus ab ipſo chriſto. (conſilium inierunt vt caperent ieſum in ſermone) Lyra. quia non pote rant eum capere in malo opere. Et quia facilius capitur homo in verbis ꝙ̄ in factis (ꝛ mittunt ei diſcipulos ſuos) Lyra. quaſi homines ſibi inco gnitos ſcđm eſtimationem eorum vt coram ipſis audacius loqueretur. et laxaret linguam ad aliquid dicendum vnde poſſet capi in verbis (cum he rodianis) Lyra. Iſti herodiani erant milites herodis qui interfecit Jo annem baptiſtam. ꝛ venerat ad diem feſtum in hieruſalem. qꝛ iſta queſtio fuit facta feria tercia ante paſſionem chriſti. Et de herode legitur ꝙ ipſe e rat pro tunc in hieruſalem in die paſſionis chriſti. qꝛ venerat in hieruſa

rogaſti me. Nonne ergo oportuit ꝛ te miſereri conſerui tui ſicut ꝛ ego tui mi ſertus ſuꝫ. ꝛ iratus dominus eius tra didit eum tortoribus quoadusqꝫ red deret vniuerſum debitum. Sic et pa ter meus cęleſtis faciet vobis ſi non re miſeritis vnuſquiſqꝫ fratri ſuo de cor dibus veſtris.

¶ Dominica viceſimatercia poſt oc tauas penthecoſtes Euangelium ſe cundũ Mattheũ. xxij.

In illo tempore. Abeũtes pha rizei cõſiliũ inierũt vt caperent ieſum in ſermone. Et mittũt ei diſcipu los ſuos cũ herodianis dicẽtes. Ma giſter ſcimus qꝛ verax es ꝛ viam dei in veritate doces ꝛ non eſt tibi cura de a liquo. Nõ eñ reſpicis pſonam homi nũ. Dic ergo nobis quid tibi videtur licet cenſum dare cęſari an non. Cog

